

OPUSCULA

2 VARIA

PHILOLOGICA

CAROLI DAVIDIS ILGENII

PHILOS. ET LL. OO. PROF. IN ACAD. IEN. P. O. ET SOCIET.
LAT. IEN. SOD. HON.



VOLUMEN PRIMUM.

(et 2dum p. 333)

ERFORDIAE

APUD GUIL. HENNINGS.

1797.

Die noch fehlenden Bogen werden in 14 Tagen nach

CAROLI DAVIDIS ILGENII

PHILOS. ET LL. OO. PROF. IN ACAD. IEN. P. O. ET
SOCIET. LAT. IEN. SOD. HON.

OPUSCULA
VARIA
PHILOLOGICA

TOMUS PRIMUS. et Secundus.

ERFORDIAE
APUD GUIL. HENNINGS.
1797.

tali syngrapho emisso metus fere sit de securitate itineris, verendum mihi esset, ne durus ipse parens in partus meos viderer, nisi tempori ea re cederem, et, si nihil aliud, hoc certe dicerem, me non sine vnius alteriusue caussarum ante commemoratarum inuitatione prodire eos iussisse. Vt tamen accedat aliquid, quod lector desiderare possit, paucis adhuc aperiendum est, quales hae scriptiones, olim variis occasionibus editae, nunc coniunctim prodeant. Aliae prorsus immutatae manserunt; non quod putem, perfectas eas esse, et numeris suis absolutas; etenim tale quid neque nunc mihi tribuo, neque in posterum vnquam tribuam; sed quod vidi, eas tum, quum primum lucem adspexerant, viris intelligentibus non displicere; vnde spes erat, nunc etiam, si tales manerent, ab iis non improbatum iri. Huc pertinent, quae de Choro Graecorum Tragico, de Nestore felicissimo Senis exemplo, de Imbre Lapideo et Solis, ac Lunae mora *disputaui; vbi nihil nisi leuissima*

ſima vel immutaui vel addidi. Aliae acceſſiones quasdam nactae ſunt, in reliquis tamen priſtinam formam retinentes, Epigramma Leonidae in Anadyomenen, *et* Ireſione Homeri. *Prior quidem harum tractationum, quod primum meum eſt ſcribendi periculum, quum tam certas prae ſe ferat iuuenilis aetatis notas, melius fortaſſe omiſſa eſſet, aut certe videri poſſet alia forma producenda fuiſſe; ſed prius vt facerem, non ſatis videbatur cauſae eſſe, quum res ea propoſitas ne nunc quidem reiiciendas putem; poſterius autem quum temporis anguſtia fieri vetuit, tum, ſi negligeretur, videbatur excuſare poſſe cogitatio, non turpe eſſe, ſi ſciant alii, te, vti annis, ita literis fuiſſe iuuenem. De nouo acceſſit* Fragmenti Hermeſianactei *editio, cum vberioribus in illud animaduerſionibus; quas olim in illud ſcripſi animaduerſiones, eas pleraſque hic reiectas lector inueniet, et, quae retentae ſunt, nouis argumentis firmatas. Ita etiam* Adnimaduerſionibus in Ciceronis orationem pro Archia

poeta,

poeta, *quae promissa erant, inde a §. V. addita sunt. In posterum si quod liberum nobis erit ab aliis negotiis spatium, quod Graecis et Latinis Musis impendi possit, talia dabimus, quae lucem nondum viderunt, et quae vel in chartam coniecta in scriniis inter schedulas latent, vel mente adhuc feruntur. Scripsi Ienae a. d. IV. Aug. A. cIↃIↃCCXCVII.*

Index

Index
Opuſculorum.

V. De

I. Leoni-

I.

LEONIDAE TARENTINI

EPIGRAMMA

IN

VENEREM ANADYOMENEN

POESEOS EIVS

SPECIMEN.

AD

VIRVM AMPLISSIMVM

RENATVM GOTHELFVM LOEBELIVM, I. V. D.

QVVM HIEME ANNI CIƆ IƆCC LXXXV.

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

ADEPTVS ESSET

CVM SEQVENTE COMMENTATIVNCVLA

AMICORVM NOMINE

MISSVM.

Quem Mens et almae dos Sapientiae
Duxit, citato pectoris impetu,
Quem dulce ridens tinxit Hellas
Nectareo, Latiumque, ſucco,

Carum puellis Cecropiis caput!
Vt TE decorum conſpicimus comas
Sertis, Camoenae quae regreſſo
Palladis ex adyto dedere!

Vt TE, Suorum nobile, Gratiae
Inter choreas excipiunt, decus,
Et voce ſparſas iubilante
Per violasque roſasque ducunt!

Quae purpurarum gaudet honoribus
Ornare myſtas iuſtitiae ſacros,
En! Diua plaudit, mox alumno
Praemia digna ſuo datura.

Nos, vere flores qui variant humum,
Triſti vetat nunc ſpargere Iupiter
Vultu; tulerunt quos amoena
Helladis arua, TIBI paramus.

Nec vota deſunt: Sic faueat TIBI
Donetque Numen muneribus frui!
Sic, Care Muſis, Care amicis,
Creſce, vigeque, vireque ſemper!

De

De vita atque aetate Leonidae Tarentini, quantum ex antiquis ſcriptoribus erui poteſt, expoſuit Reiskius in Anthol. Cephal. p. 228. Floruit circa Ol. CXXVI. ante C. N. CCLXXVI. quod colligitur ex epigr. XXI. p. 225. T. I. Anal. Brunk. laudato a Pauſania p. 31., vbi, victoriam narrans, quam Pyrrhus ab Antigono Gonata, Macedoniae rege, reportaſſet, magnitudinem eius ſignificaſſe, ait, Gallorum ſcuta, in templo Itoniae Palladis ſuſpenſa, cum illo epigrammate; Leonidae tamen auctoris nomen reticet. Non igitur Noſter confundendus eſt cum Leonida Alexandrino, qui ſub Nerone, Veſpaſiano, et Hadriano floruit, de quo praeter Reiskium lib. I. p. 229. vid. Hering. Obſeruat. Crit. p. 186. ſeq. Eum tempeſtate belli Tarentini patrium ſolum reliquiſſe, et in exilium migraſſe, veroſimile eſt ex carm. LV. p. 234. Anal. Brunk. Carmina eius quod attinet et vim poeticam, quiuis lector, qui non hebetiore eſt ingenio et ab elegantiae ſenſu abhorrente, ſua ſponte videt, eum ſeriori ac deteriori aeuo, quo omnis pene natiuus et incorruptus pulchri verique ſenſus evanuerat, floruiſſe. Antiquioribus

bus enim temporibus poetae plerumque victorias, vel in ludis vel in bello partas, equos, clypeos, templa, gymnasia, ornabant inscriptionibus, rerum dedicatarum atque auctoris nomine, sine vlla verborum industria, indicato; sed Leonidae aeuo eo peruentum erat, vt leuibus ac futilibus textorum, pictorum, pastorum, venatorum, piscatorum et nescio cuius generis hominum instrumentis et vtensilibus exornandis, et epithetorum farragine commendandis, mirifice gauderent. Materia quidem per se non indigna est Musis Graecis. Nam quum homines, inde ab antiquissimis temporibus, diis, quorum beneficio pecorum, frugum, aliarumque rerum, quibus vita sustentatur, copia augeretur, quorum ope a naufragii periculo, aliisque rerum discriminibus liberarentur, a morbis etiam conualescerent, omnique felicitatis genere fruerentur, primitiis, decimis, instrumentis et varia supellectile, oblatis ac dedicatis, gratum animum et pietatem soliti essent declarare: his ἀναθήμασι non minus defuit, nec, si rem ex Graecis moribus consideres, deesse debuit, poetarum celebrandi studium, quam sepulchrorum monumentis laudibusque defunctorum. Cf. Elegantissimum Herderum in *zerstreueten Blättern* p. 109. seqq. Est autem haec materia ita tractanda, vt sensus per tale monumentum, vel ἀνάθημα, vel aliam rem epigrammate ornandam excitati, carmine, quod composueris, vere et sine fuco exponantur, ne quid frigidum enixus videare, et languidum; vt pro simplicitate aut magnificentia rei, quam celebraueris, oeconomia carminis nunc simplicior compareat, nunc paululum magnificentior.

Neque

Neque enim omnes iisdem rebus delectamur, aut eodem modo afficimur rerum adſpectu; alius puſillo animo minutias ſectans, leuiſſimis, quae aliorum ſunt ſententia, rebus, interdum mirum in modum delectatur; alius, miſſis rebus vilioribus, ad altiora tantum adſpirans, quas res pulchritudo quaedam, non cuique perſpecta, aut dignitas commendat, earum rapitur in admirationem. Accedit, quod multum huc faciant regionis ingenium, mores patrii, imperii forma, educatio, inſtitutio. Attamen fieri nunquam poterit, vt, qui rem leuem et omni fere decore atque ornatu deſtitutam contempletur, is vel ſublimes vel venuſtos capiat ſenſus, quos carmine explicet; ſed ſemper rei ipſi, quae eum affecit, congrui erunt et accommodati. Quae quum ita ſint, ſponte ſequitur, viuidum ingenium, atque excellens, non minus impar eſſe rei viliori canendae, quam praeſtantiori tenue et languidum. Hinc etiam ſemper, quantum fieri poſſet, cauerunt ſibi epigrammatum ſcriptores, quos ingenii ſagacitas et elegantioris doctrinae cultus ſuper verſificatorum vulgus euexerat, ne materiam aggrederentur ingenio ſuo indignam; quippe qui in ea exornanda et ditanda, venam quidem ſuam diuitem exhauſturi, at operam perdituri fuiſſent, nec eo perventuri, vt non fucum, ſed verum colorem induxiſſe exiſtimarentur. Luculentiſſimum exemplum praebet Martialis, acutus ille et elegantiſſimus epigrammatum conditor, qui de leuibus ac languidis argumentis, ingenio ſuo viuido et acri minime accommodatis, ita conqueritur:

Viuida

Viuida quum poſcas epigrammata, mortua ponis
Lemmata: qui fieri, Caeciliane, poteſt?
Mella iubes Hyblaea tibi, vel Hymettia naſci,
Et thyma Cecropiae Corſica ponis api.

Martial. l. XI. ep. 43. cf. Leſſing. *Verm. Schriften* T. I. p. 217. ſeq. Cuiusmodi rebus leuibus ac tritis, quum et Leonidae Muſa ſe exercuerit, easque vel viliſſimas arripuerit, non mirum eſt, cultiſſimum, et viuidiſſimum ingenium, quo viguiſſe poetam praeclara aliquot carmina docent, interdum luxuriaſſe, viresque ſuas alieno loco intendiſſe. Quo etiam factum eſt, vt fabrorum lignariorum, piſcatorum, paſtorum, venatorum inſtrumenta non ſimpliciter nominaret; quod ſi feciſſet, fuiſſent vtique epigrammata ex prima vocis origine (v. Leſſing. *Verm. Schr.* p. 95. ſeqq.); ſed, duce corrupto illius ſeculi genio, verbis arte quaeſitis pompaque inani exornare atque extollere ſtuderet. Hinc iſta epithetorum congeries ac moles, qua ipſas res non tam obruit, quam demerſit, quaeque tantum taedium creat lectori, vt vix poſſit, quin librum ſtatim abiiciat. Videſis carm. IV. IX. XI. XIII. etc. Quam longe haec recedunt ab aurea illa ſimplicitate natiuaque elegantia, quam in antiquiorum epigrammatis, tanquam maximum eorum ornatum ſummumque ſplendorem et laudamus, et admiramur! Ac profecto, hic ſi deſideratur ornatus, qui ſimplicitate cenſetur, vix eſt adhuc, quo ſe tale brevius carmen magnopere commendet. Noſter tamen, vt, quae deeſſet rebus dignitas et elegantia, eam vocibus, ingenii ebullientis ope fuſis, compararet, non modo

modo in epithetis egregie ſibi placuit, ſed etiam in monſtroſa vocabulorum compoſitione. Qualis ſtrepitus per aures in πανεπόρφυιος, εὐθύσανος, ὀλιγησίπυος, χιμαιροθύτης, φιλεύλειχος Reisk. φιλεύχειλος, γλευκυπότης, μεγαλαυχητὴς, δαιδαλόχειρ, ἰχθυσιληΐστηρ, χιμαιροβάτης, φιλωποριστὴς, λευκόπωρος, ἀλιτοφροσύνη, ἀκανθόβατις, δελεάρπαγος etc. quae vix apud Pindarum et dithyrambicos poetas reperias. Quam altiſonas bonas facit iſtas femellas c. VIII. τὰν ἄτρια κριναμέναν κερκίδα, τὰν ἱςῶν μολπάτιδα, καὶ τὰ τροχαῖα πανία κὲργαςὰς τᾶσδε περιῤῥαγέας – ἀπαρχόμεθα. cf. epigr. IX. et decrepitum ſenem carm. XII. γυρὸν τοῦτο λαγωοβόλον, ἰοδόκην, καὶ τοῦτον ἐπ' ὄρτυγι τετρανθέντα αὐλὸν, καὶ πλωτῶν εὐπλεκὲς ἀμφιβόλον Ἑρμείῃ Σώσιππος – δέδεται. Nihil vero frigidius carmine XCI. quod ſepulchrale eſt in piſcatorem ſenem.

Θῆριν τὸν τριγέροντα, τὸν εὐάγρων ἀπὸ κύρτων
  ζῶντα, τὸν αἰθυίης πλείονα νηξάμενον,
ἰχθυσιληϊστῆρα, σαγηνέα, χηραμοδύτην
  οὐχὶ πολυσκάλμου πλώτορα ναυτιλίης,
ἔμπης οὔτ' Ἀρκτοῦρος ἀπώλεσεν, οὔτε καταιγὶς
  ἤλασε τὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας·
ἀλλ' ἔθαν' ἐν καλύβῃ σχοινίτιδι, λύχνος ὁποῖα
  τῷ μακρῷ σβεσθεὶς ἐν χρόνῳ αὐτόματος

Sunt tamen multa Noſtri carmina, in quibus easdem ſere illas antiquas veneres ſpirare dixeris, quae apud Simonidem, et alios illius aetatis, animum capiunt ac deliniunt, e quibus, quam culto, et quam pulchri ſenſu ſubacto fuerit poeta ingenio, facile cognoſcas. Vid. carm. XXXXII. L. LXXI. LXXXI. LXXXVII. XCIV.

Quibus

Quibus merito annumeres carm. LVII. quo veris amoenitatem et opportunitatem nauigationis celebrat; quod non pigebit contulisse cum Horat. Od. lib. I, 4. lib. IV, 7. Tanta autem in eo elucet venustas, tantus regnat lepos, vt alii, idem argumentum tractantes, illud imitari non dubitarint; vt Antipater Sidonius C. XXXVII. T. II. Br. p. 16. Marcus Argentarius C. XXIV. T. II. p. 271. Satyrius Thyillus C. V. et VI. T. II. p. 277. Quorum carminibus inter se comparatis et examinatis, non possum, quin Leonidam cum Venusino vate canentem faciam: *Aetas parentum peior auis tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitiosiorem.* Inprimis Antipater ille Sidonius, quibus noster bene abstinuit epithetis, quum iam ipsi rei sit natiuus decor et elegantia, iis congestis et consutis praeclarum se imitatorem egisse putat. Sed de eo idem valere contenderim, quod Sontagius meus in histor. poeseos Gr. breuioris p. 25. de Meleagro elegantissime docuit: eum nempe ingenio luxuriante et Asiatico feruore interdum abripi. Exemplum est c. XCIX. T. II. p. 34. vbi immensum luctum depingit, et crines velli, pulvere conspergi, sidera et lunam obfuscari et deficere, Aegyptum et totam Europam querelis indulgere facit. At non possum, quin ipsum locum adscribam:

πολλὰ τιθηνητὴρ ὀλοφύρατο, χερσὶν ἀμάσας
  Ἀνδρόμαχος δνοφερὰν κρατὸς ὕπερθε κόνιν·
ἁ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἑὰν ὠλόψατο χαίταν
  Καὶ πλατὺς Εὐρώπας ἐστονάχησε δόμος.
Καὶ δ' αὐτὰ διὰ πένθος ἀμαυρωθεῖσα Σέλανα
  Ἄστρα καὶ ὠρανίας ἀτραπιτοὺς ἔλιπεν.

Nonne

Nonne eaedem imagines in ſacris libris, inprimis ap. Ieſaiam, leguntur: et in N. T. ap. Matthaeum ceterosque Commentariorum de I. C. conditores repetitae occurrunt? Sic etiam in carm. LXXII. p. 25. in Anacreontem mortuum, legitur:

πηγαὶ δ' ἀργινόεντος ἀναθλίβοιντο γάλακτος,
'Ευῶδες δ' ἀπὸ γῆς ἡδὺ χέοιτο μέθυ –

Quae eſt imago celebratiſſima Dauidi aliisque Hebraeorum vatibus. Huius carminis nuper elegantiſſimam verſionem dedit Herderus *in zerſtreueten Blättern* p. 16. Semper, (vt ad Leonidam redeat oratio) vt in hoc carmine, ita in aliis multis, vbi in argumentum incidit, natiua venuſtate, natiuo colore ſe commendans, eum a verbis ſtudio et arte quaeſitis epithetorumque fuco abstinere videmus, et oratione libere et ſuauiter fluente verum colorem exhibere. Occurrunt carmina dedicatoria, in quibus adhibuit quidem multa epitheta, ſed quae ita comparata ſunt, vt ſine elegantiae iactura abeſſe non poſſint. Quale eſt facetum illud c. X. vbi inter Poſacharis Cynici philoſophi ſpolia enumerantur ὄλπη τε ῥυπόεσσα, πωλυτρήτοιό τε πήρας λείψανον, ἀρχαίης πληθόμενον σοφίης – cf. c. XI. Interdum in acumen definit, quo facultatem poeticam prodit haud contemnendam, vt carm. XCVII. quod in tumulum Hipponactis ſatyrarum ſcriptoris compoſuit. Promiſſa enim ab eius allatratu ſecuritate, ſalſe addit: ἀλλὰ προμηθήσασθε· τὰ γὰρ πεπυρωμένα κείνου ῥήματα πημαίνειν οἶδε καὶ ἐν Ἀΐδῃ. Sic etiam in venuſtiſſimo carmine XXXVII. in ſtatuam Anacreontis,

quae

quae in arce Athenienſium collocata erat (v. Pauſan. l. I. p. 44.) enarrato laſciuo Anacreontis habitu, veſtibus ad pedes demiſſis, pede altero discalceato, et aliis, quae ebrium arguant, iocoſe claudit: *ἀλλὰ πάτερ Διόνυσε, φύλασσέ μιν· οὐ γὰρ ἔοικεν ἐκ Βάκχου πίπτειν Βακχιακὸν θέραπα.* Paſſim etiam moralia admiſcet, vt carm. XVI. et LV. Ex his omnibus, quae iam breuiter disputauimus, intelligitur, Leonidae hoc inprimis crimini dari poſſe, quod, quum tam praeclaro fuerit ingenio et ad magnificentiora argumenta quam maxime idoneo, leuia tamen et futilia aggreſſus ſit tractanda. Pro ſummo enim ingenii vigore, quum ſemper vellet asſurgere et in altum eniti, etiam tum, quum in humillima repebat materia et paſtoris peram aut pedum celebrabat: factum eſt, vt intolerabile illud et fere boreale frigus afflaret, quod vel fervidioris lectoris artus occupat. Nam quo ornatius et magnificentius argumentum eſt, quod tractat, eo rotundius et elegantius carmen fluit; ita, vt cognita antea argumenti conditione, carminis, vel nondum lecti, virtutes facile coniectura asſequi et quaſi praeſagire poſſis. Iam mihi, exemplum, cum ingenii Leonidae Tarentini eiusque poeſeos, tum omnino breuiorum carminum, quae in Anthologia Graeca continentur, exhibituro, inprimis viſum eſt, carmen elegantiſſimum, in Anadyomenen conſcriptum, edere notisque illuſtrare: eo enim haud ſcio an vllum ſit Leonidae et argumento praeſtantius, et compoſitione ornatius. De ſingulis eius virtutibus ſuo loco dicetur.

Epi-

Epigramma

In Anadyomenen.

Venerem e ſpuma maris ortam eſſe, deinde in Cyprum inſulam deuectam emerſiſſe, ab omni fere antiquitate traditur; v. Heſiod. Theog. 188. ſeqq. Macrob. Saturnal. I, 8. Ouid. Faſt. IV, 61. et Met. IV, 536. Hom. h. in Ven. Alias tamen opiniones legimus ap. Cic. N. D. III, 23. Hygin. Fab. 197. Hinc nomen Ἀφροδίτη, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ θρέφθη Heſiod. l. c. Ἀφρογένεια id., et Procl. Lyc. h. in Ven. T. II. p. 445. Brunk. Anál. et Moſch. Europ. 71. θαλασσαίη Nonn. Dionyſ. IV, 239. ποντογενης Orph. hymn. 54, 2. ἁλὸς θυγάτηρ Nonn. lib. I. 118. Achill. Tat. V. p. 315. cf. Interprett. Muſaei v. 249. et Ritterſhuſ. ad Oppian. Cyneget. 133. Ouidio audit *aequore nata* Heroid. 19, 159. *marina* Horat. IV, 11, 15. Hanc igitur Venerem, vt primum egrederetur aquis, artifices ſculptam et pictam non minus ſtuduerunt exhibere, ſub Anadyomenes vel emergentis nomine, quam eiusdem in aliis negotiis occupatae imagines, nunc ſcalpri, nunc penicilli ope, dederunt, et pro notionis, quam in mente formatam habebant, ratione, nominarunt. Hinc ab iis, qui in artis opera veterum, vsque ad noſtram aetatem ſeruata, et mythologiam, inquirunt, Veneres Mediceae, Cnidiae, Pontiae, Marinae, ex balneo, Victrices, Genetrices, Vraniae, Anadyomenae etc. enumerantur; de quibus non multis ab hinc annis peculiares libellos ſcripſerunt duo Francogalli, Larcherius: *Memoire ſur Venus*, Paris 1775. et Chauius: *Dis-*

Dissertation sur les Attributs de Venus 1776. Post illos duumuiros idem argumentum elegantissime tractauit Heynius V. Summ. *in Sammlung antiquarischer Aufsätze*, *I. St.* p. 115. seq. et C. Richter *Ueber die Attribute der Venus*, Vindob. 1783. 8. Veterum artificum, quorum quidem notitiam aliquam habemus, praeter Apellem, celeberrimum pictorem, nemo dedit Anadyomenen; quamuis multi sint, qui Praxitelis marmor et Mediceum eandem esse statuant. Meminit Pausanias Corinth. p. 112. basis cuiusdam in templo Neptuni in Isthmo ἐφ' ἧ τὸ ἅρμα, μέση μὲν ἐπείργασται θάλασσα ἀνέχουσα Ἀφροδίτην παῖδα, ex quo loco concludi posset, fuisse Anadyomenen: sed fuit sine dubio Venus disco mari innatans. Venus autem Praxitelis Cnidia (Plin. XXXVI, 5.), quam vulgo Mediceam putant, vel saltem eiusdem generis, non potest esse Anadyomene, quum nuda quidem, laeua tamen naturam tegens compareat; id quod de Praxitelis Venere diserte testatur Lucianus, ab Heynio laudatus, Amor. 13. eam nudam esse πλὴν ὅσα τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὴν αἰδῶ λεληθότως ἐπικρύπτειν. cf. Ouid. A. A. II, 613. Sic etiam Venus Medicea, quae in Nummo ap. Froelichium Tentam. R. N. p. 253. conspicitur, quomodo ex mari egressa esse potest, cum habeat compositos crines? Est sine dubio Venus ex balneo, vel posita veste; cf. Ovid. l. c. Errat igitur Doctiss. Ianius ad Horat. Od. III, 26, 5. quum talem Anadyomenen, quam Horatius *Marinam* vocat, Praxitelis et Mediceum opus esse credit. Notabile illud artis opus, Anadyomenen, Cois insulae incolis, popularibus suis, celeberrimus artifex dono dederat; ab his deinde

inde Augustus ingenti pecuniae summa emit, et Romam delatum in templo Veneris genetricis dedicauit. Vid. Plin. XXXV, 10. Iunii Catal. Artif. p. 16. seqq. Sed duae oriuntur quaestiones; altera, ad cuius formam pinxerit Apelles Venerem; altera, quem habitum, vel quod temporis punctum in emersione expresserit. Quum enim artifices, opus quoddam elaboraturi, plerumque hominis alicuius insigni pulchritudine formam imitari, aut varias pulchritudinis et elegantiae partes a variis petere et in vnum cogere solerent: Apellem, quum pingeret Venerem, idem fecisse et formam mulieris pulcherrimae expressisse, apud omnes Veteres constat. Cf. Ill. Wieland *über die Ideale der Alten, in s. klein. pros. Schr.* T. I. p. 150-160. Sed quae fuerit ista mulier, in hoc valde dissentiunt. Plinius XXXV, 10. *Campaspen;* Aelianus V. H. XII, 34. *Pancasten* nominat. Athenaeus XIII. p. 590. *Phrynen* fuisse tradit, ad cuius exemplum, vt apud Eleusinem Neptuni feriis mare ingressa fuisset, pinxerit Apelles Venerem. Quam sententiam adiuuat locus ap. Clement. Alex. Protrept. p. 26. Φρύνη δὲ ὁπηνίκα ἤνθει ἡ ἑταίρα ἡ Θεσπιακὴ, οἱ ζωγράφοι πάντες τῆς Ἀφροδίτης εἰκόνας πρὸς τὸ κάλλος ἀπεμιμοῦντο. Quae etiam repetit Arnobius adv. Gent. l. VI. Fuit autem Phryne nobile scortum Thespiis, tanta pulchritudine, vt, quum aliquando in ius vocata, se damnatum iri intelligeret, detracta veste nudatisque mamillis plus efficeret apud iudices, quam Hyperidis, causarum patroni, eloquentia; Vid. Quintil. Instit. II, 15. Sext. Empir. c. Mathem. lib. II. de Rhet. p. 288. Id tamen Hyperidem ipsum fecisse tradit Athenaeus

l. c.

l. c. cf. Alciphr. Epiſt. I, 31. ibique Bergl. Campaſpen, vel, vt Perizonio ad Aelian. l. iam c. reſcribendum videtur, Pancaſten, Plinius narrat, fuiſſe pellicem Alexandro M. adeo adamatam, vt pingi eam ab Apelle voluerit; Apellem deinde, quum ipſe illius amore flagraſſet, eam ab Alexandro accepiſſe et ita coluiſſe, vt ad eius exemplum Anadyomenen pinxerit; v. Plin. XXXV, 10. et Ael. V. H. XII, 34. Fortaſſe autem hoc non tam de illa Venere intelligendum eſt, quae in templo Aeſculapii Coo collocata, tantam famam inſulae comparauerat, quam de ea, quam Apelles inchoauit quidem, ſed morte ſurreptus abſoluere non potuit. Vid. Plin. l. c. Cic. ad Div. I, 9. de Offic. III. 2. Accedit, quod haec de Phryne narrat Athenaeus: ἦν δὲ ὄντως μᾶλλον ἡ Φρύνη καλὴ ἐν τοῖς μὴ βλεπομένοις· διόπερ ὐδὲ ῥᾴδιον ἦν αὐτὴν ἰδεῖν γυμνήν· ἐχέσαρκον γὰρ χιτώνιον ἀμπείχετο, καὶ τοῖς δημοσίοις ὐκ ἐχρῆτο βαλανείοις. τῇ δὲ τῶν Ἐλευσινίων πανηγύρει καὶ τῇ Ποσειδωνίων, ἐν ὄψει τῶν Πανελλήνων παντων ἀποτιθεμένη θοιμάτια, καὶ λύσασα τὰς κόμας, ἐνέβαινε τῇ θαλάττῃ. καὶ ἀπ' αὐτῆς Απελλῆς τὴν ἀναδυομένην Ἀφροδίτην ἀπεγράψατο. Quum igitur Phryne tanta fuerit partium corporis latitantium pulchritudine, ac non, niſi feſto illo, nuda conſpici potuerit: qui non veroſimile videatur, eam maris vndas relinquentem, nudam, paſſis crinibus, tanta corporis elegantia, primum Apellis in animo hanc ſpeciem excitaſſe, adeoque impuliſſe eum, vt Venerem ad ipſius exemplum emergentem pingeret? Certe hic Phrynes e flumine aſcendentis habitus longe opportunior fuit, ad hanc ſpeciem inducendam, quam ignaui ac molles Pancaſtes ample-

amplexus. Et nunc commodus de habitu Veneris se aperit disputandi locus: vtrum iam emergentem dederit Apelles, an in littus delatam. Multa sunt artis opera, quae ad nostra tempora seruata Anadyomenen exhibent, certe exhibere dicuntur, at, si cum scriptorum locis contuleris, cum his ea conciliare, difficillimum est. Venerem fictam esse crines madidos manibus abstergentem, testis est Ouid. de Pont. IIII, 1, 29. *Vt Venus artificis labor est et gloria Coi, Aequoreo madidas quae premit imbre comas.* Cuius etiam mentio fit Amor. I, 14, 33. A. A. III. 401. Trist. II, 527. Eodem modo describitur in epigrammatis, Leonidae Nostri, Antipatri Sidonii c. XXXII. T. II. p. 15. Archiae c. XIII. T. II. p. 95. Democriti T. II. p. 260. Iuliani Aegyptii XXXII. T. II. p. 500. (Anal. Brunk.). Antipatri Sid. carmen transtulit Auson. Ep. 104. *Vt complexa manu madidos salis aequore crines Humidulas spuma stringit vtraque comas.* Inter gemmas ap. Lippertum Dactyl. Mil. I. n. 239 - 248. addit. supplem. n. 143. 144. 147. 167. sunt plures quae Αναδυομένης nomen, sed Veneris e lauacro habitum exhibent: nam Anadyomenes formam ab artificibus in lotam saepe translatam esse, docuit V. Summ. Heynius *in Sammlung antiquarischer Auffätze, I. St.* p. 128. Quibus adde *Recueil des pierres antiques* (de la collection de Mr. de Gravelle) *par Mr. Mariette* T. I. t. 25. et *Description de principales pierres gravées du Cabinet de Mgr. le Duc d' Orleans.* T. I. p. 131. et Comitis Cayli Diatriben de Anadyomene, in *Hist. de l' Academ. des Inscript. Paris.* T. XXX. p. 442. et alios, quos

ap. Heynium laudatos inuenies. Ad n. 239. Lippert. Dactyl. disertis verbis monetur, esse Apellei operis imitationem; insidet nempe Venus rupi in littore, ita tamen, vt vndae pedes adhuc obruant, et manibus ambabus abstergit crines. Burmannus ad Propert. I, 2. 22. laudat nummum a Cnidiis in honorem Caracallae percussum, qui Anadyomenen exhibeat; quem aere incisum videre licet ap. Spanhem. de Vsu et Praest. Numism. T. II. p. 196. Sed vas ad dextram, velamen, quod manu dextra tenet, et natura laeua manu contecta, in modum Veneris Mediceae, nihil dubitationis relinquunt, esse Venerem iam lotam, et vestibus se cincturam. Igitur habitus Veneris, vt ap. Lippertum et alios deprehenditur, plane is videtur esse, quem Apelles dedit; licet scriptorum loci nonnulli primo adspectu repugnent. An hi tamen conciliari possint, paucis videamus. Verba ap. Athen. l. l. *ἐνέβαινε τῇ θαλάττῃ καὶ ἀπ' αὐτῆς τ. ἀναδ. Αφρ. ἀπεγρ.* non nimis vrgenda sunt: nam si post *καὶ ἀπ' αὐτῆς* subintelligas *ἐμβαινούσης*: pinxit Apelles ingredientem Venerem, non egredientem, vel *ἀναδυομένην*. Locus de tota actione absoluta capiendus est. Loco ap. Ouid. Trist. II, 527. *Sic madidos siccat digitis Venus vda capillos, Et modo maternis tecta videtur aquis;* nihil est, quod magis in eam, quam dedit Lippertus, cadat imaginem. Cum Ouidio facit Antip. Sidon. *τὰν ἀναδυομέναν — ἄρτι* etc. Quod non satis accurate vertit Ausonius ep. l.: Emersam pelagi *nuper* genitalibus vndis Cyprin cet. Sic etiam Iulian. Aegypt. c. XXXII. *ἄρτι θαλασσαίης Παφίη πρoὔκυψε λοχείης*, a quo nec Archias discedit. At, quemadmodum

dum in locis allatis nihil eſt, quod monumentis magnopere repugnet, nosque impediat, quo minus emerſam iam toto corpore Venerem Apelleam fuiſſe ſtatuamus: ita tamen in reliquis duobus epigrammatis, Leonidae et Democriti, deſcriptiones inuenimus prioribus paululum adverſantes. Leonidas ſic habet: τὰν ἐκφύγουσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι ἀφρῷ τε μορμύρουσαν εὐλεχῆ Κύπριν ἰδὼν Ἀπελλῆς cet. Democritus: Κύπρις ὅτε σαλάουσα κόμας ἁλιμυρέος ἀφρὲ γυμνὴ πορφυρέου κύματος ἐξανέδυ — στέρνα μόνον φαίνουσα, τὰ καὶ θέμις. Ex his verbis recte concludere poſſemus, pictam fuiſſe ab Apelle Venerem in materno gremio ex parte deliteſcentem, et pectore tantum, et quae videre fas eſt, ſupra vndas conſpicuam. At enim vero vterque non purum putum Epigrammatographum videtur egiſſe h. e. opus Apelleum per ſingulas partes, vt iam eſſet, deſcripſiſſe: ſed paulo liberius et magis poetice, cum ſtatus praeſentis, tum eorum, quae praeceſſiſſent, rationem ostendiſſe, vel rem per ſucceſſum depinxiſſe. Sic Homerus Iliad. XVIII, 468. ſeq. ſcutum Achillis deſcribit, non vt factum ſit, ſed vt fiat: et Iliad. II, 43. ſeq. Agamemnonem ſiſtit non regali ornatu iam indutum, ſed adhuc ſe induentem. v. Leſſingium in Laocoonte, p. 152. ſeq. et 176. ſeq. Apud Leonidam videt Apelles Venerem e mari adhuc emergentem — ſpuma ſtrepentem: et mox pingit eam abstergentem crines. Inde non ſequitur, eum ideam expreſſiſſe adhuc emergentis: ſed aeque eam paulo ante, quam plane ad littus delata emergeret, vidit, ac quum iam emerſiſſet, et rupi in littore inſidens crines abstergeret. Apud Democritum prodit Cypris ſtillantibus

tibus ſpuma comis — complectitur eas manu — ad genas purpureas trahit — humorem exprimit, quum modo pectore, et partibus, quas videre licet; vndas ſuperaret: (ϛέρνα μόνον φαίνουσα τὰ καὶ θέμις). Cui non ſtatim ſuccurrit, coepiſſe iam Venerem crines premere, quum inferioribus corporis partibus adhuc latitaret ſub vndis? Eodem modo deſcribit Anacreon, elegantiſſimo Odar. 51. Venerem diſco natantem: v. 10. ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι μόνα κῦμα συγκαλύπτει. v. 17. Ῥοδίων ὕπερθε μαζῶν, ἁπαλῆς ἔνερθε δειρῆς μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει. Quin igitur in monumentis antiquis, quae apud Lippertum et alios videre licet, verae ſint Anadyomenes Apellae imitationes, fere nullus dubito.

Τὰν

[redacted]

Τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι,
ἀφρῷ τε μαρμαροῦσαν εὐλεχῆ Κύπριν
εἶδως Ἀπελλῆς, κάλλος ἱμερώτατον,
οὐ γραπτὸν, ἀλλ᾽ ἔμψυχον ἐξεμάξατο.
εὖ μὲν γὰρ ἄκραις χερσὶν ἐκθλίβει κόμαν,
εὖ δ᾽ ὀμμάτων γαληνὸς ἐκλάμπει πόθος,
καὶ μαζὸς, ἀκμῆς ἄγγελος, κυδωνιᾷ.
αὐτὰ δ᾽ Ἀθάνα, καὶ Διὸς συνευνέτις
φάσουσιν· ὦ Ζεῦ, λειπόμεσθα τῇ κρίσει.

Verſ. 1. *τὰν ἐκφυγοῦσαν elabentem, egredientem, emergentem.* Antipater Sid. diligens Noſtri imitator adhibuit ἀναδυομέναν, quod proprium verbum eſt de iis, qui ex aqua emergunt. Sic occurrit apud principem poetarum, Iliad. I, 359. καρπαλίμως δ᾽ ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς ἠΰτ᾽ ὀμίχλη ſcil. Thetis. Vnde etiam Venus, quam pinxit Apelles, κατ᾽ ἐξοχὴν audit ἀναδυομένη h. e. emergens ap. Athen. l. XIII. p. 590. Plin. XXXV, 10. Ab illo non multum differt ἐκφεύγειν, quod noſter adhibuit: nam id ipſum etiam de iis dicitur, qui e mari elabuntur, ap. Hom. Odyſſ. XXIII, 236. Παῦροι δ᾽ ἐξέφυγον πολιῆς ἁλὸς ἤπειρόνδε - Νηχόμενοι· Heſych. ἀναδύομαι· φεύγω· ἀνανεύω· ὑποχωρῶ. Sed φεύγειν miram hoc loco vim habet, quod ſtudium Veneris innuitur ſe curae maternae ſubtrahendi, quale etiam aliis diis recens natis commune eſt, vt Apollini (vid. hymn. Hom. in Apoll. Del. 127.) et Mercurio (vid. hym. Hom. in Merc. 20.).

ματρὸς

ματρὸς ἐκ κόλπων h. e. θαλάσσης. Sic apud Ouid. Faſt. IV, 131. *Materna aequora*; apud Antip. Sidon. ἀπὸ ματέρος θαλάσσης; quod etiam ridicule adhibuit Philippus Theſſal. c. XXX. T. II. p. 222. Anal. Br. quae eſt parodia carminis Antip. in Dionem Medicum, qui furto abstuliſſet τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάσσης Κύπριν h. e. ſtatuam Anadyomenes; imitationem operis Apellei; quales in priuatis aedibus beatiores habebant; vid. Ianium ad Horat. Od. III, 26, 5. et de Dione epigr. Lucilii XXXVIII. T. II. Anal. Br. et Leſſing, *Vermiſchte Schriften*, p. 308. ſeq. Sed κόλπος alias, de mari ſi dicitur, indicat profunditatem maris, medium mare, vt Hom. Il. XVIII, 140. θαλάσσης εὐρέα κόλπον. cf. l. XXI, 125. ap. Pindar. Olymp. XIII, 125. ἀπὸ κόλπων αἰέρος ψυχρᾶς, e medio aëre; ergo h. l. elegantiſſime Noſter hanc vocem adhibuit, quum ea non minus imos maris receſſus, quam gremium maternum, in quo geſtari ſolebant filii recens nati, deſignet, et neſcio, illudne elegantius et ſuauius dictum ſit, quod ſcriptor Iliadis ζ, 136. habet: Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ δειδιότα, an hoc Leonidae: τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων Κύπριν. ἔτι de actione nondum abſoluta capiendum eſt; de quo iam antea plura dixi.

2. ἀφρῷ τε μορμύρουσαν h. e. *ſpuma ſtrepentem*. Sed iure reprehendit Cl. Ruhnkenius Leonidam, quod incommode hoc verbum adhibuerit, Epiſt. Crit. p. 64. Eſt verbum Homericum, Iliad. XVIII, 403. περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος; quem loc. iam laudauit

dauit Ruhnk. cui adde Il. V, 599. ſed ſemper de mari vel flumine ipſo dicitur. Hinc Brunkius poetam ſcripſiſſe ſuſpicatur πλημμύρουσαν, quod verbum de aqua redundante dicitur. Heſych. πλημμυρὸν, μεστὸν, πεπληρωμένον et πλημμυρὶς, τὸ ὅρμημα τῆς θαλάσσης, ἡ ἐπίῤῥυσις. Igitur eſſet: *ſpuma redundans* vel *ſpuma diffluens, die noch vom Schaum triefende.* Sed ſi vel ſic legatur, incommodi tamen neſcio quid mihi adhuc videtur ineſſe. Quid ſi ſcripſiſſet Leonidas: μαρμαροῦσαν? nam ap. Hom. Il. XIIII, 273. vocatur mare ἅλς μαρμαρέη *albens* propter ſpumas, quas contorquet; et μαρμαίρειν eſſet *veſtigia ſpumae albentis gerere, corpus habere ſpumis marinis adhuc albens;* vt ap. Cic. de Diuin. I, 7. *Inflatum mare, quum ſubito penitusque tumeſcit, Saxaque cana ſalis niveo ſpumata liquore.* Spuma obtectam fuiſſe Venerem, quum emergeret, teſtatur Heſiodus Theog. 190. ἀμφὶ δὲ λευκὸς ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο· τῷ δ' ἐνὶ κούρη ἐθρέφθη. Anacr. Od. LI, 5. ἄρα τίς ὕπερ λευκὰν ἁπαλὰν χάραξε Κύπριν; vbi vid. Cel. Fiſch. Fortaſſe librarii eodem modo h. l. pro μαρμαροῦσαν ſcripſerunt μορμύρουσαν, vt ap. Apoll. Rhod. III, 1298. ἀναμαρμαίρουσι pro ἀναμορμύρουσι: vt elegantiſſimus reſcripſit Ruhnken. l. c. ex Ouid. Met. VII, 104. ſeq. — Ita olim ſcripſeram. Nunc mihi perſuaſum eſt, μαρμαροῦσαν a Leonida ipſo perfectum eſſe; μορμύρουσαν enim nulla alia ratione defendi poteſt, quam ſi de Venere in medio mari adhuc natante intelligatur, qualem in animo nec habuit Leonidas, nec habere potuit. Nam Venus ἐκφυγοῦσα ματρὸς ἐκ κόλπων, id eſt, quae e medio mari effugit; non poteſt ſimul in medio mari

mari natare, et ſpumis ſtrepitum excitare; et talis ſi viſa fuiſſet Apelli, id parum profuturum fuiſſet. Vidit Apelles elabentem et ſpuma adhuc albentem. Reſcripſi igitur μαρμαρουσαν.

Vocabulum ευλεχη fruſtra in Theſauro Steph. quaeſiueris. λέχος eſt pr. lectus ligneus, κλίνη, v. Hom. Odyſſ. III, 403. coll. Ammon. p. 88. et Thom. M. p. 575. deinde de lecto coniugali, et de eo, quod ad lectum coniugalem pertinet, legitur, vt Eurip. Androm. 217. Pind. Pyth. 9, 30; tum lectum ſigf. puerperae, vt Apoll. Rhod. II, 1013. ἐνθ' ἐπεὶ ἄρκε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες Αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πέσοντες. Sic etiam Theophr. Charact. XVI, 3. Non minus tamen de animalibus dicitur, vt, de avium nidis Aeſchyl. Sept. c. Theb. 298. cf. Caſaub. ad Theophr. l. c. Spanhem. ad Call. h. in Iou. 14. et Drakenb. ad Thom. M. l. c. Heſych. λέχος, κοίτη, κλίνη, γάμος, μίξις, συνουσία, γυνή. Quemadmodum autem hinc λεχὼ ap. Atticos, *puerpera*, (v. Moerid. Attic. p. 247. ibique Pierſon. Heſych. λεχὼ, προσφάτως τετοκυῖα, vbi male iubet Spanhemius l. c. legi λεχωίς, Callimachi auctoritate), et λοχεύω vel λοχεύομαι *partu edo*, *procreo*, de vtroque ſexu, (v. d'Arnaud Animadv. Crit. p. 99. et Schrad. ad Muſ. p. 226.), ita apparet, ευλεχὴς eiusdem eſſe originis. Praeter h. l. ſemel extat in Anthol. Steph. p. 379. ἀντί τοι εὐλεχέος θαλάμου, σεμνῶν θ' ὑμεναίων; vbi eſt thalamus ευλεχὴς, *lecto puerperae bene ornatus*, *cui decus praebet lectus puerperae*. Sic h. l. ευλεχῆ Κύπριν eſſe putem *Cyprin bene ornatam lecto puerperae* h. e. *decore in lecto*, *vbi edita erat*,

erat, *cubantem*, *die reizend in ihrer Wiege liegende Kypris.* Intell. mare, in quo natabat. — Haec olim. Εὐλεχὴς Κύπρις est nihil aliud, quam *bene nata*, εὖ λοχευομένη, εὐφυὴς, *pulchra a natura*, *pulchra cunis egressu.*

Κύπριν. Sic vocatur Venus, quia emersit prope Cyprum insulam. Vid. Hesiod. Theog. 199. Vnde etiam dicitur Κυπρογένεια vel Κυπρογενὴς Hom. h. IX, 1. Interdum coniungunt poëtae duo nomina Ἀφροδίτη Κύπρις; vt in carm. Homer. in Ven. ab init. et ap. Musaeum 38. Κυθέρεια Ἀφροδίτη. Qui loci non succurrerunt acutissimo Bentleio ad Horat. I, 4, 5. quemquam Graecorum ita appellasse Venerem, neganti: v. Schrad. ad Mus. l. c. Cl. Ruhnk. Epistol. Crit. p. 51. et, quem laudat, Albert. ad Hesych. v. Κυθέρεια. A dea insulam nomen habere, frustrá persuadere nobis conatur Zonaras T. I. Annal. Haec etiam causa fuit, cur sacra esset Veneri Cyprus, v. Tacit. III. 62, 7. Horat. Od. I. 3, III, 26. quamuis alii aliam causam afferant, quod nempe virgines ante nuptias solitae fuissent prostituere, vt dotalem pecuniam quaererent. v. Lactant. I, 17. et Iustin. XVIII, 5. hunc enim morem ap. alios etiam populos obtinuisse, docet Bernеccerus ad Iustin. l. c.

3. εἰδὼς Ἀπελλῆς. Apelles nobilissimus pictor Ephesius floruit Olymp. CXII. v. Strab. lib. XIV. p. 642. et Suidas, qui eum γένει Colophonium, sed θέσει Ephesium fuisse tradit. Ouidius Coum appellat. A. A. III, 401. Plura de illo videsis ap. Iunium Catal. Artif. p. 16. seq.

Vidisse

Vidiſſe perhibentur artifices ab epigrammatum ſcriptoribus deos vel deas, ſi imagines eorum, aut ſtatuas ita elaborarunt, vt ſtatim appareret, quantam curam ac diligentiam adhibuiſſent, vt opus quam ſimillimum redderent archetypo; e. c. ap. Plat. Philoſ. ep. IX. T. I. p. 170. Brunk. πȣ̃ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης: ſunt verba Veneris, et Lucian. c. III. τὴν Παφίην γυμνὴν ȣ̓δεὶς ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν, ȣ̂τος ὁ τὴν γυμνὴν ςησάμενος Παφίην. Sic h. l. Apelles dicitur vidiſſe Venerem, quod imago eius, quam dederat, ipſi Archetypo nulla in re cedere putabatur. Tantae in ore eius ſedebant gratiarum illecebrae; tales in fronte lepores, riſus et gaudia; tanta niueum ſinum ſuauitates ſtipabant atque amores; quid? tantas ſpirabat delicias, vt viuam Venerem eſſe contenderes. Ingentem igitur Apelli laudem tribuit Leonidas, quum eum ita pinxiſſe dicit Venerem, vt, quin ipſe eam viderit, dubium eſſe poſſit nemini. Miram etiam habet vim praeſens perfectum εἰδὼς, quod cauſam includit: *quia vidit.* Quare Brunkins id mutauerit in ἰδὼν, equidem non habeo dicere; haud dubie, quia ἰδὼν in ſignificatione *videndi* ſaepius, εἰδὼς autem rarius occurrit. Itaque non ſenſit Vir doctus, quem et nos olim ſequendum putaramus, hoc modo carmen prorſus enervari, quum ἰδὼν Ἀπελλῆς ἐξεμάξατο κ. ἱμ. οὐ γραπτὸν, ἀλλ' ἔμψυχον ſit: *poſtquam viderat Apelles, expreſſit non pictam, ſed vivam,* vt nexus inter actionem praecedentem, et ſubſequentem, quem cauſa conſtituit, pereat. Talis coniunctionis exemplum eſt apud Euripid. Rheſ. 658. Χ' ὡ μὲν οὐκ εἰδὼς λέγει, *alius, quia non vidit, eo audacius affirmat.* At enimuero, quamuis vidiſſe

Apel-

Apelles perhibeatur Venerem adhuc elabentem gremio materno, non tamen inde ſequitur, hanc formam in pictura expreſſam fuiſſe. cf. quae ſupra monui. Clarius haec ſignificat Archias: Αὐτὰν ἐκ πόντοιο τιθηνητῆρος Ἀπελλῆς τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε λοχευομέναν καὶ τοίαν ἐτύπωσε.

κάλλος ἱμερώτατον. ἵμερος, quod pr. eſt deſiderium rei amatae, vt Iliad. III, 139. differens a πόθος (Ammon. p. 59. πόθος ἀπόντος, ἵμερος δ' ἔρως σπανίζων τῆς πρὸς τὸ ἐρώμενον χρείας) filius fingitur Veneris, qui vna cum geminis amoribus comitatus ſit Venerem recens natam. Heſiod. Theog. 201. τῇ δ' ἔρως ὡμάρτησε καὶ ἵμερος ἕσπετο καλός. Quint. Calab. V, 71. ἀνεδύετο πόντε Κύπρις ἐϋςέφανος τὴνδ' ἵμερος ἀμφεποτᾶτο μειδιόωσ' ἐρατεινά. cf. Anacr. Od. LI, 25. ſeq. Horat. Od. I, 2, 34. Ouid. Faſt. IIII, 1. Habebantur enim ἵμερος et ἔρως pro iis, quae conciliarent amorem: v. c. ap. Lucian. Dialog. Deor. XX, 15. καὶ τὸν ἔρωτα, inquit Paris Helenam abducturus, καὶ τὸν ἵμερον καὶ τὰς χάριτας ἄξεις; et Iliad. ξ, 298. dicit Iuno Veneri: δὸς νῦν μοι φιλότητα καὶ ἵμερον, ᾧ τε σὺ πάντας δαμνᾷ ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους; hinc ἵμερον vel ἱμερόεν, quod amorem ſuadet ac deſiderium inſpirat, vt ςήθεα ἱμερόεντα, Hom. Il. III, 397. ſinus in quo amores et deliciae blande luxuriant. cf. eiusd. h. in Ven. 2. et 144. πρόσωπον ἱμερόεν, ap. Chriſtodor. Anal. Brunk. T. II. p. 468. Ita h. l. κάλλος ἱμερώτατον pulchritudo ac venuſtas oris tam deſiderabilis, vt ipſum Cupidinem in genis cubare exiſtimes, vt Creon ap. Sophocl. Antig. 798. Ἔρως, inquit, ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις. cf. Pind. Nem. VIII, 1. ſeq. et Horat.

Horat. IIII, 13, 6. Caet. coniungenda ſunt haec verba c. ſeq. ἐξεμάξατο.

4. ἐκμάσσειν, quod a μάσσειν deſcendit, ſubigere farinam, (Xenoph. Cyrop. VIII, 16. Ariſtoph. Plut. 305. cf. Thom. M. p. 600.) ſigf. ex maſſa coacta aliquid formare, vt ap. Hippocrat. de Natur. Mulier. 105. ἐκμάσσεσθαι δακτύλιον *formare paſtillos*; deinde de iis inprimis dicitur, qui ex gypſo vel cera aliquid formant, ita vt alicuius formam imitentur. v. Harpocrat. ſ. h. v. Sic ap. Lucian. adu. Indoct. 21. εἶδον γὰρ καὶ τὴν τοῦ Πύῤῥου εἰκόνα καὶ ὅμως ἐπέπειστο ἐξεμάχθαι τοῦ Ἀλεξάνδρου τὴν μορφήν. it. Iou. Trag. 33. cf. Spanh. ad Call. in Del. 14. Maiores laudes non potuiſſet Leonidas canere Apelli, ſi vel lectiſſimas voces ingenti pompa coaceruaſſet, quam his pauciſſimis: *Non pictam ſed viuam exhibuit*: ita vt, quem alias male curioſum in verbis deprehenderis, eum, vbi rem tractat dignitate aut magnificentia ſe commendantem, quam facillimis Muſis vti, hoc vnum exemplum doceat. Eadem fere dicendi ratione vtitur Chaeremon Tragicus ap. Athen. XIII. p. 608. γυμνοῖς δ' αἰθέρος θεάμασιν ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε.

5. εὖ. Nunc habitum Anadyomenes deſcribit, ſeu ſpeciem, quam Apelles expreſſerit. Hinc partic. εὖ non tam ad actionem Veneris, quam ad elegantiam picturae ab Apelle inductam, referendam cenſeo, vt ſit ἐπιστήμως. Nam ſic ap. Poëtam Iliad. X, 265. εὖ καὶ ἐπιστήμως de artificio dicitur; it. Odyſſ. XXIII, 193. coll. 197. Sicut autem ἄκραις χερσὶν eſt, extrema manuum parte, h. e. digitis, vt Homer. Il. V, 336.

V, 336. Ael. V. H. XII, 1.; ita ἐκθλίβειν proprie et constanter a poetis de Venere emergente dicitur, vt apud Latin. *premere*, vt apud Antip. Sidon. ὡς χερὶ — ἐκθλίβει νότερον ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων. In gemmis Venus conspicitur leniter contrectans crines et siccans; v. Lippert. et alios supra ll. Quod etiam Noster elegantius ostendit, quam Antipater Sidonius: ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν ἐκθλίβει. Fortasse autem Apelles, ingeniosissimus artifex, quum ita pingeret Venerem, respexit ad studium eius circa cultum comae, de quo v. Apoll. Rhod. III. 47. seq. et Claudian. Nupt. Honor. et Mariae 49. seq.

6. ὀμμάτων γαληνὸς ἐκλάμπει πόθος. πόθος, quod propr. sensum significat alicuius boni absentis, (vt Theocrit. X, 8. Οὐθαμά τοι συνέβα ποθέσαι τινα τῶν ἀπεόντων; M. Οὐδαμά· τίς δὲ πόθος τῶν ἔκτοθεν ἐργάτᾳ ἀνδρί; cf. Ammon. p. 59.) pertinet etiam ad comites Veneris; ap. Lucian. l. iam l. θάῤῥει, inquit Venus ad Paridem, καὶ τὸν πόθον καὶ τὸν ὑμέναιον πρὸς τούτοις παραλήψομαι. Hinc saepe πόθος et ποθεῖν pro amore dicitur, vt Hesiod. ἐργ. 66. πόθος ἀργάλεος. it. Leonid. epigr. LXXIII. p. 239. T. I. sic etiam ποθεῖν Theocrit. XII, 2. Anacr. XXXXII, 1. vbi vid. Cel. Fischer. et Schneiderum *in Anmerkungen über den Anacreon* p. 50. Hesych. πόθος, ἔρως, ζήτησις, ἐπιπόθησις. γαληνὸς autem, quod non modo de mari ac coelo sereno et tranquillo, sed etiam de animi tranquillitate et serenitate dicitur: (Hesych. γαληνὸν, ἥσυχον, ἱλαρὸν, εὔδιον) h. l. ita accipiendum putem, vt sit securus, fluctibus marinis non amplius agitatus, remis-

missus, *ruhig, gemildert, sanft.* vt Eurip. Orest. 279. ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν' ὁρῶ. Verum, sicut oculi quam maxime sunt morum animique interpretes (v. Xenoph. Mem. III, 10, 3. seq. Cyrop. V, 1, 5.), ita dicitur πόθος ἐκλάμπειν, apparere cum decore ac splendore quodam ad delicias et amorem rapaci, ex oculis: nam ὀμμάτων est pro ἐκ ὀμμάτων, quod adiectum habet Plat. de Republ. l. IV. ὥσπερ ἂν ἐκ πυρείων ἐκλάμψαι ποιήσαιμεν τὴν δικαιοσύνην. Omisit Hom. Il. XXII, 319. ὡς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' εὐήκεος. Perperam igitur Latinus interpres pro genit. a πόθος recto accepit. λάμπειν autem et ἐκλάμβειν de venustate et dignitate adhibetur, quae alterius oculos ferit, et perstringit atque in amorem rapit, vt a Phrynicho ap. Athen. XIII. p. 564. λάμπειν ἐπὶ πορφυραῖς παρῇσι φῶς ἔρωτος. Aelian. V. H. XII, 1. καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ τῆς ὥρας αὐτῇ πρὸς τὸν ἐραστὴν ἐξέλαμψεν. Quae alterum in amorem rapiendi vis, inprimis oculis tribuitur a poëtis; vt ab Eurip. Hippol. 525. Ἔρως ἔρως ὃς κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν; ab Aeschyl. Agamem. 750. μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος; ab Asclepiad. c. XXII. T. I. p. 213. Br. Anal. ἵμερον ἀστράπτουσαν καθ' ὀμμάτων. cf. Achill. Tat. l. VI. p. 371. qui etiam aptissimos esse iudicat oculos ad conciliandum amorem l. I. p. 35. ὀφθαλμοὶ γὰρ, inquit, ἀλλήλοις ἀντανακλώμενοι ἀπομάττουσιν ὡς ἐν κατόπτρῳ τῶν σωμάτων τὰ εἴδωλα. ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴ, δι' αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥέουσα ἔχει τινὰ μῖξιν ἐν ἀποστάσει καὶ ὀλίγον ἐστὶ τῆς τῶν σωμάτων μίξεως — ὀφθαλμὸς γὰρ φιλίας πρόξενος. Hinc Meleager T. I. p. 4. Anal. ita canit:

ὦ προ-

πτύσσοντες ἀγγέλλουσι μοι.) saepe occurrit, vt Christodor. T. II. p. 461. Anal. Br. Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε, σαῖς γὰρ ὀπωπαῖς ἀγλαΐης πνείουσα σοφὴ περιλείβεται αἰδὼς θέσκελον ἀγγέλλουσα γένος χρυσῆς Ἀφροδίτης. et p. 463. ἀπαγγέλλουσιν δὲ πέπλοι πένθος. Nonn. Dionys. XXXXVIII, 656. γαμίη ῥαθάμιγγι περιστιχθέντα χιτῶνα, Ἁρπαμένην ἀπάεδνον ἀπαγγέλλοντα κορείην et v. 763. οἰδαλέον γὰρ σὸν πόσιν ἀγγέλλουσι νεογλαγέες σέο μαζοί.

κυδωνιᾷν est mali Cydonii l. Cotonei formam et naturam referre: de malis ipsis v. Plin. XV, 11. Hesych. s. v. κυδώνιον et Athen. l. III. p. 81. Hinc μαζὸς κυδωνιῶν mamilla mali Cydonii instar rotunda et turgidula. Sic ap. Aristoph. Acharn. 1198. τῶν τιτθίων ὡς σκληρὰ καὶ κυδώνια, vt durae sunt papillae, vt sunt Cydoniae h. e. vt malorum Cydoniorum formam et rigorem prae se ferunt! nam etiam aliis locis Aristophanes μῆλον pro mamilla adhibuit, vt Eccles. 895. Lysistr. 155. Aristaenet. I. ep. 1. ὡς κυδωνιῶντες οἱ μαστοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως. Rigidae et rotundae mamillae sunt indices virginitatis aetatisque vegetae. Conf. si placet, bellam bellissimi hominis descriptionem, Nonn. Dionys. XLVIII, 364. Sensus ergo est: *et mamilla, florem aetatis indicans, Cydonii instar turgescit, Ihr aufwallender Busen verkündet iugendliche Iahre.* Aliam explicationem habet Brodaeus in Anthol. Wechel. ex loco Plutarchi, vbi narrat, Solonis lege constitutum fuisse τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκαθείργνυσθαι, μήλου κυδωνίου συγκατρώγουσαν, Plutarch. Solon. 23. hinc esse κυδωνιᾷν appetitum habere mali Cydonii h. e. nu-

e. nuptiarum. Sed quis non videt, quam male ingenioſa haec ſit explicatio.

8. Concluſio cum toto carmine, quod ſuo in genere longe praeſtantiſſimum eſt, concinit: nihil enim praeclarius, nihil magnificentius ad laudem Apellis augendam et illuſtrandam potuiſſet poeta afferre, quam quod, tanta eum pulchritudine, tantis gratiarum illecebris Venerem pinxiſſe, ait, vt Iuno et Pallas, quae olim, Paride arbitro, de pulchritudinis pretio non dubitaſſent cum ea concertare, nunc, cognita et perſpecta, per hanc picturam, formae illius excellentia, iterare certamen non eſſent auſurae. Ea acuminis ratio eſt, vt ex iis, quae praecedunt, elegantiarum ac venuſtatum deſcriptionibus, praeſentiri et quaſi praeſagiri poſſit: quis enim non ſperet, quum praecedentia legerit, fore, vt poeta in acumen abeat, in acumen ex eodem fonte hauſtum? Cui ſpei et expectationi, ſi ſatisfactum fuerit, talis tunc ornatus accedit epigrammati, talis commendatio, vt id pro praeſtantiſſimo in ſuo genere habendum ſit; vid. Leſſingius in *Vermiſchten Schriften* p. 156. Αὐταὶ δ' Ἀθάνα καὶ Διὸς συνευνέτις: ipſa Pallas et Iuno, quae tam inſigni erant pulchritudine, vt ſe aureo pomo, pulchritudinis pretio, dignas putarent. αὐταὶ cum emphaſi dictum eſt, vt lat. *ipſe* ap. Terent. Hecyr. Act. III, 4, 14. Sic αὐτὸς ap. Ariſtoph. Nub. 219. vocatur Socrates; vbi Schol. τιμῶν τὸν διδάσκαλον, οὐκ εἶπε πρῶτον τὸ ὄνομα. v. omnino Caſaub. ad Theophr. p. 34. Lpſ. Vocab. συνευνέτις caret Theſ. Steph. nec memini me praeter h. l. legiſſe. Συνευνέται dπ. *mariti*, Eurip. Hipp. 416. σύν-

 ευνος

ευνος interpretatur Suidas συγκοιτὸς h. e. focia tori. Ita occurrit ap. Sophocl. Aiac. 1319. v. Toup. ad Suid. p. 456. eiusdem fignificationis eft συνευνέτις; v. d'Orvill. ad Charit. p. 551. Lpf. cf. de Iunone Virgil. Aeneid. I, 46. feq.

9. λειπόμεσθα. in figf. fuperari, vinci, inferiorem discedere, nunc fecundo nunc tertio cafui iungitur. Xenoph. Mem. III, 4, 2. ὡδὶ ταύτῃ μοι δοκοῦσι λείπεσθαι et l. II. 4, 7. τούτων φίλος εὐεργετῶν οὐδενὸς λείπεται. alia exempla vid. ap. Raphel. Annot. N. T. Iac. I, 4. de forma Dorica Gregor. Corinth. de Dial. p. 77. Hefych. λείπετο, ἆθλα ἀπετυγχάνετο.

τῇ κρίσει fcil. Paridis; de quo v. Dio Chryfoft. Orat. 20. Philoftr. Icon. lib. II. 1. p. 810. Lucian. Dial. Deor. Coluth. d. R. Hel. In hac conclufione aemulatus eft Noftrum Antipater Sidon. Αὐταὶ νῦν ἐρέουσιν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη· οὐκ ἔτι σοι μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα. Iulianus Aegypt. magnum laudis cumulum per fe accedere putauit, fi duo adiiceret acumina: de quibus quid ftatuendum fit, v. Leffing. *Verm. Schrift.* p. 159. feq. Priori non facile repereris, quod magis ridiculum, et luculentius fit corrupti feculi indicium: ἀλλὰ ταχὺς γραφίδων ἀποχάζεο, μή σε διήνῃ ἀφρὸς ἀποστάζων θλιβομένων πλοκάμων; pofterius haud fpernendum eft: εἰ τοίη ποτὲ Κύπρις ἐγυμνώθη διὰ μῆλον, τὴν Τροίην ἀδίκως Παλλὰς ἐληΐσατο.

In hac epigrammatis Leonidae explicatione aliquoties aliorum etiam poetarum lufus in Anadyomenen commemorati funt; quo igitur ipfe

ipse lector videat, quam illis Leonidae carmen praestet, eos placuit hic simul subiicere. Ordinem secutus sum chronologicum. Hoc enim doceri optime potest, eo futiliora esse huius generis carmina, quo seriori aetate scriptores vixerint, ac nihil fere egisse posteriores poetas, quam quod superiores imitati sint; quo etiam factum est, vt, quae postremi lucem viderunt imitationes, quum plerumque non ad opus primum et originarium expressae sint, sed ad alias imitationes proxime praecedentes, eae sint vilissimae.

Primus in scenam prodeat Antipater Sidonius, qui circa Olymp. CLX. floruit, Leonida annis CXXXVI. posterior. Vid. Reisk. Notit. poetar. Anthol. p. 185. Carmen eius hoc est:

Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάσσας
Κύπριν, Ἀπελλείου μόχθον ὅρα γραφίδος,
ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν
ἐκθλίβει νοτερῶν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων.
αὐταὶ νῦν ἐρεῦσιν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη·
Οὐκ ἔτι σοι μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

Quid paestitit Antipater? Invitat spectatorem, vt veniat videatque Venerem vndis emergentem, penicilli Apellei laborem. Dicit Venerem *ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάττας.* Licet *ἀναδυομένη* proprium sit Veneris ex aquis emergentis epitheton, hoc tamen loco minus venuste adhibitum est: quomodo enim dici potest *ἀναδυομένη ἀπὸ ματέρος*? Aptum tantummodo hoc verbum est ad *θαλάττας*; cum *ματέρος* si

 iun-

iungitur, iniucundam ante oculos ſiſtit imaginem. Terſius haec vel Auſonii verſione expreſſa ſunt:

Emerſam pelagi nuper genitalibus vndis
Cyprin Apellei cerne laboris opus.

Nam adiectiuum *genitalibus* non tam trahit ad ſe lectoris mentem, quam ſubſtantiuum ματέρος apud Antipatrum; ad vocabulum *vndis*, quod optime cum verbo *emerſam* congruit, ſtatim ablegat. Ita etiam apud Ouidium Triſt. II, 528.

Et modo maternis tecta videtur aquis.

Quam nitent haec apud Leonidam! Hic habet τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων. ἐκφύγειν vero de iis, qui e mari elabuntur non magis dicitur, quam de iis, qui aliunde aufugiunt; et κόλπος de mari etiam ſine allegoria pro *profunditate* eius legitur, ſicut ad illum locum docuimus; mira igitur ſuauitas ineſt in illa dilogia, ἐκφυγοῦσα ματρὸς ἐκ κόλπων. Quando Antipater pictam ab Apelle ſignificat, dicit eam μύχθον Ἀπελλείου γραφίδος. Me quidem non praeterit, aliis etiam poetis, et Graecis et Latinis, in more eſſe, vt vocabula de corporis labore ad ingenii documenta transferant; ſic Philippus c. 50. (T. II. p. 225.) de equo Lyſippi aere facto canit:

δοκέω, χαλίνους εἴ τις ἡνιοστρόφος
ἐναρμόσει γένυσσι, κἀπικεντρίσει,

ὁ σὸς

ὁ σὸς πόνος, Λύσιππε, καὶ παρ' ἐλπίδα
τάχ' ἐκδραμεῖται· τᾷ τέχνᾳ γὰρ ἐμπνέει.

Ouidius ex Pont. I, 29. *Vt Venus artificis labor est et gloria Coi*; Iuuenalis VIII, 102. *Nec non Polycleti multus vbique labor*; tamen hoc loco minus optatum intrare videtur, quia magis monetur ſpectator, vt ad artem, diligentiam, et ſudorem artificis attendat, quam vt ad rem illa arte effectam; praeſertim quum μόχθος de graui fere et aerumnoſo dicatur labore. Apud Leonidam vix ſentimus, artificem eſſe, qui exhibuerit Venerem: naturae videre nobis videmur opus. Οὐ γραπτὸν, inquit, ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο; nihil amplius. Vult Leonidas, nos in opere defixos, eius, a quo profectum ſit, obliviſci; nec diu in arte haerere, ſed per illuſionem artis viuam Venerem, qualis in rerum natura fuerit, admirari. Hinc ambigimus, arsne plus debeat Veneri, an Venus arti, ſi legimus:

εὖ μὲν γὰρ ἄκραις χερσὶν ἐκθλίβει κόμαν
εὖ δ' ὀμμάτων γαληνὸς ἐκλάμπει πόθος
καὶ μαζὸς, ἀκμῆς ἄγγελος, κυδωνιᾷ.

At haec quam plenis effert buccis Antipater: χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν ἐκθλίβει νοτερῶν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων. Nihil non indignum Venere, gratiae plena, plena decentiae. συμμάρψασα graue nimis verbum; grauius etiam, quam συλλαβοῦσα. Cyclops, Vlysſis ſocios inſatiabili ſuo in ſtomacho ſepulturus, poterat eos συμμάρπτειν, Odyſſ. ι, 289.

σὺν δὲ δύω μάρψας, ὥστε σκύλακας, ποτὶ γαίῃ κόπτ'.

et verſ. 311.

σὺν δ' ὅγε αὖτε δύω μάρψας ὡπλίσσατο δεῖπνον.

non vero Venus crines: nam reſpondet illud *μάρπτειν, συμμάρπτειν* noſtro *anpacken, erpakken*, ſicut *συλλαμβάνειν* eſt noſtrum *faſſen, zuſammenfaſſen*. Sed non ſatis eſt Antipatro, Venerem *συμμάρπτειν*; totam manum adhibere, opus eſt: *χερὶ* enim *συμμάρψασα ἐκθλίβει*. Crines, tota manu correpti, ſunt *aquarum imbre madentes*, *διάβροχος ὕδατι χαίτα*. Eſto, vero eos fuiſſe tales; an fuit artificis, tales etiam pingere? an poetae, tales lectoris phantaſiae obtrudere? Mihi perſuaſum eſt, diligenter caviſſe Apellis ſollertiam, ne, quod obeſſe poſſet Veneris gratiae, id nimis fideliter ad naturam exprimeret; quod igitur a pictore non expresſum veriſimile eſt, quo id iure ſtatuemus expingi a poeta? Verum danda haec eſſet venia aetati, qua vixit poeta, vt craſſo filo neret; modo abstinuiſſet tautologia; ſed ne hoc ornamentum carmini deeſſet, addit: *ἐκθλίβει νοτερῶν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων.* Humidi ergo tantum ſunt cincinni; crines aquarum imbre perfuſi. Vellem prior verſiculus abeſſet; in poſteriori nihil foret offenſionis. Qui poſt Antipatrum vixere poetae, magis etiam delectati ſunt aquae ex crinibus defluentis copia; ita, vt magiſter ſuperatus dici poſſit a diſcipulis. Democritus habet:

οὕτω που κατὰ λευκὰ παρήϊα χερσὶν ἔλουσα
βόστρυχον, Αἰγαίην ἐξεπίεζεν ἅλα;

et

et Iulianus Aegyptius:

ἀλλὰ τάχυς γραφίδων ἀποχάζεο, μή σε διήνῃ
ἀφρὸς ἀποστάζων θλιβομένων πλοκάμων.

Sed de his paulo post. Redeamus nunc ad Leonidam. Quam sobrie is omnia, quam decenter! quam conuenienter cum Veneris ingenio delicatulo! ἄκραις χερσὶν ἐκθλίβει, *digitis exprimit.* Egregie! ἐκθλίβει κόμαν; nihil amplius addit. Humidam comam fuisse mari egressae, quis non praesumit? Non opus est diserta poetae mentione. Clausula Antipatri surrepta est Leonidae, verbis paululum immutatis; quare nihil reprehendendum inuenio, nisi illud, quod non fluit ex praecedentibus. Quid? Iuno et Minerua ea de causa non ausurae essent de pulchritudine cum Venere concertare, quod vidissent eam crines manibus siccantem? non, quod formae excellentiam, et gratiam per omne corpus diffusam vidissent, et in admirationem raptae essent? quis hoc intelligit? quis credit?

Antipatrum excipit Archias, Ciceronis aequalis; vid. Animaduersiones nostras in Ciceronis Orat. pro Archia poeta.

Αὐτὰν ἐκ πόντοιο τιθηνητῆρος Ἀπελλῆς
τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε λοχευομέναν,
καὶ τοίαν ἐτύπωσε, διάβροχον ὕδατος ἀφρῷ,
θλίβουσαν θαλεραῖς χερσὶν ἔτι πλόκαμον.

Imitatus est Leonidam et Antipatrum. Ex Leonida habet primos duos versiculos: expressit

ſit illud, *τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων Κύπριν – εἰδὼς Ἀπελλῆς.* At quam cedunt his illa, quae dedit imitator. Primum magnum abstulit decus, quod dixit Venerem *λοχευομέναν*, verbo nimis proprio. Deinde non ſenſit, male dici *λοχεύεσθαι ἐκ τιθήνης*, quum non a nutrice, ſed a matre, edatur partus; aut, ſi detur, ab officio appellari matrem poſſe *τιθήνην*, inſulſum eſſe, *λοχεύεσθαι ἐκ πόντοιο τιθηνητῆρος*, *a nutritore ponto:* pontus certe effeminandus fuiſſet. Nec placet, diſerte dici, nudam eſſe viſam ab Apelle Venerem: innuit id iam *αὐτὰν*, ſed innuit, non loquitur, non clamat. Tutius eſt, ſi tale quid factum eſt, et decentius, id nutu, quam pleno ore effari. Vltimos duos verſus ex Antipatro hauſit, ſed ita eos conformavit, vt magis etiam, quam apud primum dominum, niteant; praeſertim ſi verba aliter distinguuntur, quam factum a Brunkio eſt, qui *διάβροχον ὕδατος ἀφρῷ* ad *πλόκαμον* retulit. In Wecheliana editione p. 465. poſt *ἀφρῷ* distinctio eſt, vt verba praecedentia ad ipſam Venerem pertineant, et explicent *τοίαν*; talem effinxit, qualem viderat, ſcilicet *διάβροχον ὕδατος ἀφρῷ*. Rem habet a Leonida, qui dicit: *ἀφρῷ τε μαρμαροῦσαν – εἰδὼς Ἀπελλῆς*; ſed male eum intellexit: docet is, viſam eſſe talem ab Apelle Venerem, non pictam. Vltimus verſiculus, *θλίβουσαν θαλεραῖς χερσὶν ἔτι πλόκαμον* illi Leonidae *εὖ μὲν γὰρ ἄκραις χερσὶν ἐκθλίβει κόμας*, elegantia parum vel nihil cedit.

Archiam ſequitur Democritus, cuius aetas incerta eſt; videtur ſub Auguſto floruiſſe. Diogeni Laertio vocatur epigrammatum ſcriptor

σαφὴς

σαφὴς καὶ ἀνθηρὸς lib. IX, 49. Vnicum eius, quod extat, epigramma in Anadyomenen, hoceſt.

Κύπρις ὅτε σταλάουσα κόμας ἁλιμυρέος ἀφροῦ
  γυμνὴ πορφυρέου κύματος ἐξανέδυ,
οὕτω που κατὰ λευκὰ παρήϊα χερσὶν ἑλοῦσα
  βόστρυχον, Αἰγαίην ἐξεπίεζεν ἅλα,
στέρνα μόνον φαίνουσα, τὰ καὶ θέμις· εἰ δὲ τοιήδε
  κείνη, συγχείσθω θυμὸς Ἐνυαλίου.

Quo intelligatur, quid velit ſibi Democritus*, ſciendum eſt, eum fingere, caſu ſe in Apelleam picturam incidere, et ex habitu virginis ea exhibitae colligere, Venerem eſſe e mari emergentem; alioquin non appareret, quid eſſet verſ. 3. illud οὕτω που: ſed vide, qualem ante oculos habeat. E mari prodit σταλάουσα κόμας ἁλιμυρέος ἀφροῦ, h. e. *comis guttas ſpumae marinae ſtillantibus*: talem ſi dediſſet Apelles, quis ferret? Verum abstineamus iniuria; ne ipſe quidem Democritus eam ita pictam vult, vt guttae ſpumae e crine defluentes potuerint animaduerti; ſed commemorat, qualis viſa fuerit Venus ante illud temporis punctum, quo Apelles expreſſerat. Maxima ergo parte iam deciderat ſpuma maris e coma, quum manus ad eam ſiccandam adhibebat; et poeta talem fingit Venerem, qualem ante illud momentum fuiſſe exiſtimat. Melius tamen, ſi quid ſentio, id reticuiſſet. Illud nimirum deſideramus punctum temporis, quo Veneris gratia elucebat: hoc enim electum ab Apelle erat.

Hoc

Hoc vero quam rustice pingit: ὦτα που κατὰ λευκὰ παρῄϊα χερσὶν ἔλουσα βόστρυχον, Αἰγαίην ἐξεπίεζεν ἅλα! Quis credat Venerem sibi siccare crines. Spectrum aquatile paludis in ripa sedens, quo pueri terrentur, esse autumes. Ergo tectae suere crinibus genae; vultus conspici non potuit! Crines attraxit manibus! Aegaeum mare expressit! Haud dubie aquarum rivuli vario cursu ab Apelle sunt duoti. ἐξεπίεζεν, quam graue verbum! Est ἐκπιέζειν torquendo et stringendo exprimere (*ausringen*), sicut mulieres lintea lauantes aquae copiam torquendo expellunt; quam male adhibetur de Venere, virgine tenerrimis manibus et digitis, et ad tale negotium minime aptis. In clausula respicit ad amores Martis ac Veneris, quas nouimus ex Homeri Odyss. ϑ, 293.

Agmen claudat Iulianus Aegyptius, qui floruit tempore Iustiniani circa an. 530. Vid. Brunk. ad Anthol. T. III. p. 212. et Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. T. p. 126.

Ἄρτι θαλασσαίης Παφίη προὔκυψε λοχείης
  μαῖαν Ἀπελλείην εὑραμένη παλάμην,
ἀλλὰ τάχος γραφίδων ἀποχάζεο, μή σε διήνῃ
  ἀφρὸς ἀποστάζων θλιβομένων πλοκάμων.
εἰ τοίη ποτὲ Κύπρις ἐγυμνώθη διὰ μῆλον
  τὴν Τροίην ἀδίκως Παλλὰς ἐλῄσατο.

Admonitos vult lectores, Venerem per Apelleam picturam quasi modo e mari egressam esse; ante illam picturam egressam esse, vix dici posse. ἄρτι ergo pertinet ad picturam; *modo*, quum absoluta pictura erat, Paphia vere

vere e marino puerperii lecto proſpexit, obſtetricem vbi inuenit Apelleam manum. Allegoriam ſeruatam eſſe, nemo negabit; an recte ſit adhibita, quaeſtio eſt. Si accurate ea expenditur, nihil aliud dicitur, quam rem ab Apelle eſſe inuentam, et excogitatam; vere in rerum natura non eueniſſe. Quid enim aliud eſt: *Apelles tulit obſtetriciam opem*; quam prodire eam e matris gremio fecit, h. e. finxit. Ergo aut alio modo ſcribere debuiſſet, ſi *ἄρτι* vrgere ei placuiſſet, v. c. *τέχνην Ἀπελλείης εὑραμένη παλάμης*: tunc enim mens ad ſolam picturam coarctaretur, et Iulianus aſſequeretur, quod vult, tam ſcilicet eſſe egregie expreſſam, vt viuere et hoc ipſo momento ex aqua veniſſe videretur; aut aliud quid debuiſſet illuſtrandum ſuscipere, non praeſens temporis momentum v. c. *oris venuſtatem*, vt dixiſſet, *pulchriorem* prodiiſſe Venerem e lecto matris, Apelle obſtetricante, quam obſtetricante natura prodiiſſe cenſenda eſſet. Sed hoc contra dignitatem notionis de Venere, quam animo ante conceptam habemus, futurum fuiſſet; ergo allegoria male inducta eſt. Placuit ei: *modo* egreſſam eſſe, et madidam eſſe.

Nam monere cogitat beneuole ſpectatorem, vt cito abeat, ne ſpuma e crinibus preſſis deſtillante humectetur. Quo quid cogitari poteſt frigidius, quid aquoſius? expertus videtur eſſe Iulianus, quid poſſet in vilitate carmini concilianda. Clauſula laudem mereret, ſi non ſurrepta eſſet Leonidae

nidae aut Antipatro. Quod nouum inest, est remotum nimis, et quaesitum; et, si recte examinatur, ineptum. De Helenae pulchritudine si ageretur, aptum esset, quod dicitur; nam conferri posset cum eo, quod senes Troiani iudicant (Iliad. γ, 156.); non si de Veneris pulchritudine aliquid praedicandum est. Inter omnes igitur, qui picturam Apellis ingenio suo illustrarunt, principem locum tenet Leonidas.

II. CHO-

II.

CHORVS GRAECORVM TRAGICVS

QVALIS FVERIT

ET

QVARE VSVS EIVS HODIE

REVOCARI NEQVEAT.

EPISTOLA DEDICATORIA

AD

VIRVM PLVRIMVM REVERENDVM

CAROLVM GOTLOBVM SONTAGIVM

SACRORVM NVNC APVD RIGENSES

ANTISTITEM

ANNO CIↃ IↃCC LXXXVIII MENSE APRILI

QVVM AD EOS ABIRE PARARET

VT MVNVS RECTORIS SCHOLAE EPISCOPALIS

CAPESSERET

AMICORVM NOMINE

SCRIPTA

Etsi haud vulgaris gratulationis res est, ornatum videre vel ab exteris nationibus eum, quem mire ames: tamen ego, qui tum amicitiae officiis, tum voluntati amicorum, qui me sensa sua explicare voluerunt, satisfacere cupiens Tibi gratulor, varie id affectus facio. Valde enim et laetor, quod,

qua-

quarum virtutum nemo Te aut ſtudioſior fuit, aut maiorem cumulum poſſidet, quibus honoribus eas patria dignas iudicatura fuiſſet, eos Tibi extera ciuitas decernere non dubitat; et doleo, quod nimio viarum interuallo abſuturus a me eſt is, quocum arctiſſimis vinculis coniunctus tenebar, ſtudiorum ſimilitudine, ſuauitate conſuetudinis, ſermonum ſocietate, litterarum amore, mutuae voluntatis officiis; quem vt primum vidi, ſtatim diligere, imo amare coepi; quem quum nactus eſſem amicum, eo iucundiorem eam ſortem mihi ſperabam fore, quo diutius cum eo viuere liceret. Sed tamen et gratulor, et, vt ſempiternae laudi tibi ſit iſte honos, exopto. In reliquis ſic habeto: nihil neque gratius neque iucundius nobis afferri poſſe, quam ſi audiuerimus, Te valere, et, quam excitaſti Tui ſpem atque expectationem, eam Te ita implere, vt non aeques modo, ſed ſuperes. Nos vero tales habebis, quibus Te neque carior poſſit eſſe quisquam, neque iucundior. Vale, nosque vt ſemper feciſti, ama.

I. Pro-

I.

Prolegomena.

Quum nulla ſit ars, cuius non vel parens vel nutrix Graecia fuerit; tum vero poeſeos, ſi non natales, certe curam praecipuam, et miram illam ex naturae praeceptis conformationem ſibi vindicat; vt mirandum non ſit, omnes deinde gentes, vbi ad literarum et poeſeos ſtudia excolenda animum appuliſſent, Graeca exempla triuiſſe, et Graecos magiſtros ſibi ſequendos putaſſe. Nullum vero eſt poeſeos genus, quod Graecos, et inprimis Athenienſes, vel magis in deliciis habuiſſe, vel maiori cupiditate et intentiori cura amplexos tuitosque fuiſſe ſciamus, quam ſcenicum; quippe quod tanta ab iis alacritate, tanta animorum contentione, tam felici ſtudiorum ſucceſſu, excultum et ad ſummum perfectionis gradum perductum eſſe conſtat, vt, ſi qua in re Graecis recentiores populi cedant, vt diſcipuli magiſtris, in ſcenicae poeſeos perfectione, immortales, quae illis debentur,

bentur, laudes nullus assequi potuerit; quanquam fuere, qui Voltariano spiritu se in hoc etiam genere non aequiparasse modo Graecos, verum superasse crederent. Iam vero hac nostra aetate, qua vt aliae artes, ita illa studia, quae scenam spectant, cupidius arripi et ardentius tractari coeperunt, vt deposito tristi illo habitu, quo superiori seculo squalebant, elegantiori tandem facie niteant, a subtilissimi et acutissimi ingenii hominibus proposita quaestio est: numne fortasse causa, cur recentiorum fabulae, inprimis tragicae, Graecorum monumentis putarentur cedere, in chori defectu ponenda esset, quo recepto et cantuum loco, qui solis instrumentis musicis cierentur, introducto, eadem dignitas, et idem splendor nostrae tragoediae esset futurus, quem constaret Graecae illi chori cantica potissimum conciliasse; et, quum Graeci chororum cantus pro parte habuissent tragoediae necessaria, numne praecepta eorum, aliis in rebus religiose seruata, hac quoque parte tenenda essent. Qua in quaestione quum in duas fere partes abierint critici, ita, vt alii chorum vehementius commendarent, et in nostris spectaculis recipiendum esse contenderent; alii non modo vsum eius in nostris theatris esse negarent, sed etiam in Graecorum scena parum apte adhibitum iudicarent: digna res visa est, quam paulo accuratius excuterem, viderémque, an tum de chori Graeci natura, tum de vsu eius in recentiorum tragoedia, quod verissimum esset, possem exquirere. Quo enim certius est, tragicos Graecos, qui tantopere commendantur a peritis rerum arbitris, non eo consilio legi debere, vt verba modo ediscamus,

aut

aut ſententias quasdam hinc illinc delibatas recitare poſſimus, ſed vt mentem excolamus, ingenium perpoliamus, et iudicium acuamus; eo magis etiam perſuaſum mihi habeo, neminem facile ad finem illum pertingere, qui non, quum reliquarum tragoediae partium, tum vero chori cantionum natura quae ſit atque indoles, quidve ſtatuendum iis ſit pretii, parte ſaltem aliqua tenuerit. Sicut autem facilius de rebus iudicare poſſumus, quarum ortum nouimus et progreſſum, ita de choro veterum ſcripturo haec etiam mihi ſequenda videri lex poſſet, vt ortum eius et progreſſum cum variis mutationibus enarrarem: ſed quoniam haec in vulgus notiſſima ſunt, ſic potius hac in re mihi verſandum putaui, vt de ortu et forma chori pauca tantum afferrem, ac ſtatim ad alia transirem; vt de partibus chori in veteri tragoedia diſſererem; de diſcrimine eius agerem, quod in tragicis adhuc extantibus animaduertitur; vſum eius varium inquirerem; cauſas denique explicarem, quae reſtitui eum in recentiorum ſcena vetare viderentur.

II.

Origo chori eiusque forma florente tragoedia.

Ad natales tragoediae et vniuerſae poeſeos dramaticae ſi recurrimus, inuenimus, eos non poſſe, vt illos reliquarum ſororum, proxime a natura repeti; ſiquidem poeſi, quam ex natura

 hau-

hauſtam atque expreſſam dixeris, leges etiam, quas cultores eius et amplificatores obſeruent, natas ſimul cum ea et ex eodem illo fonte hauſtas eſſe neceſſe ſit. At vero quam diuerſo ſe modo haec habent in dramatica poeſi. Erat ea, quum primum ex natura egreſſa eſſet, longe audacioris indolis; leges, quas eius nutritores ſequendas ſibi ſtatuerant, et quae cum hac audacia et ſpiritu mirum in modum conſonabant, erant illae quidem ex natura arreptae, ſed tamen, quoniam nimiam licentiam et libertatem dabant, ad illum finem, ad quem alii deinde, iique prudentiores, eam perducere volebant, minimae aptae. Propterea ingenti ſtudio et arte aliae excogitatae, principiis tamen ex natura depromtis, quarum vinculo, quoad eius fieri poſſet, paulatim eam adſtringerent. Nec inane ſtudium fuit, harum enim legum principiis ita conformata eſt, vt pauciſſima tantum priſtini moris et ingenii retinuerit veſtigia *a*). Originem a dithyrambis ducit, hymnis illis in Bacchi honorem vindemiae tempore cantari ſolitis. Quibus quum additae eſſent ſaltationes ad tibiae citharaeque modos; qui mos etiam in aliorum deorum feſtis obtinebat: veri non diſſimile eſt, homines, vt ſplendidiorem efficerent ſolemnitatem, iam tum vlterius proceſſiſſe, et Nym-

a) Engel *Ideen zu einer Mimik*, T. II. p. 119. *Nur das Drama wuchs nicht aus ſich ſelbſt, nicht völlig frey und ungehindert empor; es ward gleich Anfangs auf eine andere, auf die lyriſche, Gattung gepfropft, und nahm von dieſer Gattung einen gewiſſen fremden Geſchmack an, der ſich mit der Zeit zwar etwas, aber nie ganz wieder verlor.*

Nympharum, Satyrorum, Silenorum, Tityrorum et aliorum Bacchi προσπόλων personas et mores gestu habituque retulisse *b*). Tale enim est hominum ingenium, vt a quibus rebus vehementius affecti fuerint, eas verbis referre non satis habeant, sed gestu et imitatione exprimere laborent. Qui Bacchicos choros constituebant, quum se excellentiores personas gerere putarent, consueto vestitu et cultu contenti non erant, se minio se inficiebant vel faecibus rubri vini *c*); quod vel Bacchus ita illinebatur, vel quia, vt etiamnum plerique rudes et inculti populi, eximium decus in rubro colore ponebant; ex qua consuetudine personarum siue larvarum vsus *d*), exculta tragoedia, deriuandus. Argumentum cantilenarum laus erat Bacchi; nec

b) vid. Casaub. de S. Graec. P. p. 76. Harles. ad Aristotel. Poet. p. 30. Brown's *Betr. über die Poesie und Musik*. p. 162. vers. Eschenb. Copiose de ortu tragoediae egerunt: Bulenger in lib. *de Theatro*. T. IX. Thes. Graec. Brumoy *Theatre des Grecs*, T. I. et alii, quos laudat Blankenburg V. Generos. in additamm. ad Sulzeri Theor. v. *Drama*. *Tragoedia*.

c) v. Horat. ad Pisonn. 275. Tibull. II, 1, 55. ibique Broukhus. et Heyn. V. Illustr.

d) v. Bulenger *de Theatro* lib. I. cap. 53. Boindin. in *Dissertation sur les Masques* T. IV. des Mem. de l' Acad. d. Inscr. Du Bos *Reflex. sur la Poesie et sur la Peinture* T. III. Cooke *Grundsätze der dramatischen Kritik*. cap. 4. et quae auctor vers. germ. affert ex libro: *Neuer Versuch über die Schauspielkunst a. d. Franz. Leipz.* 1776.

nec abs re eſt, quo Turneminius *e*) cenſet, mortem Bacchi ſeu Oſiridis per Typhonem occiſi interdum celebratam fuiſſe, quod poſtea tragico dramatis argumento anſam praebuerit. Haec chororum forma vsque ad Theſei aetatem manſit: qua quum diſperſi homines in vrbem eſſent coacti, magis etiam excultae ſunt feſtiuae illae cantilenae; et ex dithyrambis nobilius cantionis genus ortum Athenis modo vſitatum, tragoediae nomine: ſicut phallica et alia obſcena carmina, ab hominibus per pagos circumuagantibus cantari ſolita, comoediae nomine coeperunt inſigniri *f*). Ille etiam religioſus ardor ſolum Bacchum laudandi paululum refriguit; vt Theſpis *g*) eo facilius animum potuerit inducere, vt choros, ſiue Bacchum canerent, ſiue alias res ornarent, aliquot vicibus quieſcere, et hiſtrionem fabulam de Baccho vel alio deo aut heroe agentem recitare iuberet; quae recitationes, quum plerumque nihil cum Bacchi laudibus commune haberent, Ἐπεισόδια (q. d. acroamata aduentitia) appellatae. Sed circa Olymp. LXX. Pratinas *h*), qui Satyricas fabulas docebat, in cantibus etiam id auſus eſt, vt nullam recoleret Bacchi memoriam. Initio igitur conſtituendae verae tragoediae per Theſpidem

e) in noua ed. libri Brumoiani: *Theatre des Grecs*. p. 46.

f) v. Ariſtotel. Poet. IV. p. 28. Harleſ.

g) v. Horat. ad Piſonn. 275. ibique Hurd. et Eſchenb. ad Brown. l. c. p. 477.

h) de Pratina v. Suid. ſ. h. v. et Toup. ad Suid. p. 53. et Caſaub. de S. P. p. 120. ed. Ramb.

ſpidem et Pratinam facto, quum ille vnum interlocutorem introduxiſſet, hic vero chorum iuſſiſſet aliud quoduis argumentum canere, Aeſchylo admirabilis ingenii viro ſtrata imo munita erat via ad felices illos et nunquam ſatis laudandos conatus, quibus pro vno interlocutore duos ſubſtituit, episodia non ad cantus, ſed cantus ad episodia accommodauit, adeo vt in his poetae inprimis eſſet elaborandum. Scenam, quae ſub dio hucusque fuerat, in auguſtiorem formam redegit, quum inſtar magnifici aedificii theatrum exſtruxerit *i*). Quibus conatibus vbi Sophoclis et Euripidis ſollertia ſucceſſerat: tragoedia ad eum perducta eſt perfectionis gradum, quem vbi primum deſeruit, rurſus ſibi vindicare nec dum potuit. Omnis igitur tragica Graecorum poeſis chori, vt vidimus, fundamento nititur; qui, vt erat antiquior reliquis tragoediae partibus, quum etiam haud mediocri eſſet vſui, ſatis apparet, cur vt pars neceſſaria ſemper a Graecis ſeruatus ſit. Prius tamen, quam ad munus eius deſcribendum transgrediamur, neceſſarium puto, vt de externa eius forma et habitu, qualis exculta tragoedia fuerit, pauca ſaltem afferam.

Tragicus chorus vsque ad Aeſchylum quinquaginta perſonis conſtiterat, quibus ipſe etiam Aeſchylus vſus erat; vbi autem Eumenides tam triſti ſucceſſu docuerat k), iuſſu magiſtratus imminu-

i) v. Ariſtotel. Poet. cap. IV. et Athen. lib. I. cap. 18. p. 21.

k) vid. Pollux Onom. IV. 106.

minutus eſt numerus, et ad quindecim redactus. His praeerat Κορυφαῖος *l*), (h. e. *Praeſul, Praeſultor*, vt gloſſae antiquae reddunt) qui chorum duceret et cantus praeiret, et chori ſui nomine perſonam ageret actionis repraeſentandae participem. Is proximus ſtabat proſcenio *m*), et fortaſſe in ipſo proſcenio, quo elatior eſſet reliquis chori perſonis in θυμέλῃ *n*), et ſic facilius haberet cum hiſtrionibus colloquium. Qui quum ſua perſona reliqui chori vices ſuſtineret, tanquam is, cui ex adſtante hominum multitudine oratoris partes demandatae eſſent: ſit,

l) id. l. c.

m) Proſcenium (προσκήνιον) erat pars ſcenae altitudine decem pedum orcheſtram exſuperans, vbi hiſtriones partes ſuas agebant, v. Poll. IV, 123. Non poſt ſed ante velum erat, in ea fere regione theatri, quam apud nos muſici occupant. cf. Buleng. de Theatro. et *Discours ſur la forme et la conſtruction du Theatre des Anciens*. p. M. Boindin, in Mem. des Inſcr. T. I. p. 176.

n) θυμέλη in orcheſtrae planitie exſtructa erat in altaris quadranguli formam, cum proſcenio cohaerens, altitudine tamen illud non plane exaequans; qui locus, in quem per aliquot gradus ex proſcenio deſcendebatur, dicatus erat choris. Occupabat autem tertiam latitudinis partem totius orcheſteae (in noſtris theatris *Parterre*), quae, quum veterum theatra latiora eſſent noſtris, ad centum fere pedes extenſa erat. Cum θυμέλῃ coniunctum erat ab vtroque latere hypoſcenium, chori ſtatione humilius, quinque pedes ſuper orcheſtrae pauimentum eminens, vnde ſcalae aliquot gradibus ferebant ad θυμέλην; ibi fidicines et tibicines ſtabant. v. ll. cc.

ſit, vt ſcenicae perſonae chorum tanquam vnius hominis perſonam alloquantur. Reliquae quindecim perſonae per στοίχους et ζυγὰ diſtinctae erant, ita vt quinque στοῖχοι *ordines* (*Rangs, Glieder*), et tria ζυγὰ *iuga* (*Pelotons, Rotten*) conſpicerentur *o*); quod tamen de tragico tantum valet choro: comicus enim ex XXIV. perſonis conſtans in ſex ordines et quatuor iuga erat diuiſus. Interdum in duas diſcernebatur partes, quarum vtraque ἡμιχόριον, ambae διχορία, et cantus hoc modo inſtitutus ἀντιχορία appellatur. Primus totius chori cantus πάροδος dictus eſt, reliqui duo vel tres στάσιμα *p*). Interdum etiam κομμοὶ occurrunt, vt in Aiace et Oedipo Sophoclis et Andromache Euripidis, quae ſunt lamentationes cum hiſtrionum querelis commixtae. Ceterum chorus non vere chori partes agere putandus eſt, niſi in his tribus cantionum generibus, quae diſtinctione in στροφὰς et ἀντιστρόφας et plerumque etiam in ἐπῳδοὺς, a reliquis chori ſermonibus facile poſſunt diſcerni, aut niſi prologum excipiat. Reliqui chori ſermones et reſponſiones non a toto choro, ſed a coryphaeo tantum datae debent intelligi; quod Ariſtotelis verba, πάροδος μὲν ἡ πρώτη λέξις ὅλου χοροῦ, ſuadent. Omnes autem chori cantiones non aſſa voce inſtituebantur, ſed ad citharae et tibiae modos peragebantur, cum ſaltatione. Inprimis cithara, inſtrumentum, quod lyrica poeſis ſibi videtur inde vsque vindicaſſe, ad choros adhibita eſt;

o) v. Poll. IV, 104.

p) v. Ariſtotel. Poet. XII. et Curt. p. 184. ſeq.

eſt; ſicut episodiorum recitationi tibia ſuccinuit, vt haec eadem fere eſſet, quae in noſtris certaminibus muſicis auditur (*Recitativ*), et in melico Italorum dramate locum habet *q*). Saltatio, quae comitari ſolebat chororum concentus, distinguenda illa eſt a mimicis vel pantomimicis, quae vel nondum inchoato dramate vel iam finito inſtituebantur, inter actus nunquam; ſunt etiam ſerioris in theatro originis, vt recte monet nouiſſimus libri Brumoiani editor *r*). A perſonis, qui chorum conſtituebant, hanc choricam ſaltationem peractam eſſe, non puto; ſed potius ab aliis ad illud negotium in orcheſtra collocatis. Primum enim θυμέλη choro conceſſa non tanta erat latitudine, vt quinquaginta homines per ſtrophas et antiſtrophas ſe commode potuiſſent conuertere. Deinde ſi illi, qui canebant, ſimul etiam ſaltaſſent, in motione corporis atque membrorum non potuiſſent reſpirare; praeſertim ſi longiores fuiſſent cantiones, motusque vehementiores poſtulaſſent. Accedit, quod orcheſtra, pars theatri a prima tragoediae conſtitutione ſaltatoribus vindicata, non ſolis pantomimicis, qui, vt iam monitum, ſerioribus temporibus in theatro recepti ſunt, cedere potuit, nec ab horum ſaltatione nomen accepiſſe; etenim tunc locus in antiquiſſima fabula-

q) v. Pollux. IV, 107. Senec. Epiſt. LXXXIV. Hurd. ad Horat. Poet. 214. Harleſ. ad Ariſtotel. Poet. c. VI. p. 44. Cooke *Grundſ. der dramat. Kritik*, cap. 3. et 5. Forkel *allgemeine Geſchichte der Muſik*, T. I. p. 409. ſeqq.

r) *Theatre des Grecs*. p. 101.

bularum repraesentatione sine vsu fuisset et plane superuacaneus. De ipsis saltationibus parum nobis constat *s*). Hoc tamen licet praesumere, tragicam saltationem, ἐμμέλειαν, ita et motu et gestu corporum comparatam fuisse, vt quos chorus cantu suo, accinente cithara, vellet aut sensus instillare spectatorum animis, aut affectus concitare, eos in saltantibus iam dudum instillatos et concitatos exprimi animadverteres; et talem fuisse animi commoti per corpus, per membra, per vultum, omnemque incessum significationem summa arte ad canentium modos et harmonias accommodatam, vt prae reliquis haec saltatio ἐμμελείας nomine, siue a *μέλος cantus*, siue a *μέλη membra* deducas, appellari meruerit. Propterea etiam se tam mirum in modum commendauit Platoni *t*), vt, qui seuerissimus esset in instruenda republica, et omnia, quae morum probitati et integritati officerent, remota vellet, in quibus etiam pleraque saltationum genera, is tamen illam probare et in republica sua inducere non dubitaret. Ex quo non sine veritatis specie colligere possumus, morum praecepta, quae poeta cum per omnem fabulam, tum vero sub chori persona studebat spectatoribus iniungere, hac saltatione non

s) Ingentem nominum multitudinem collegit Meursius in Orchestra T. VIII. Thes. Gronov. Meliora docet Burette *de la danse des Anciens*, in Mem. de l' Acad. des Inscr. T. I. p. 121. et Potter Archaeol. T. III. p. 622. ex vers. Ramb. Sulzer s. *Tanz* et *Ballet*. Brown *Betr. über die Poesie und Musik*. p. 168.

t) de Legg. lib. VII. p. 375. T. VIII. Bipont.

non parum lucrata eſſe, quum illi oculis poſſent cernere, qui recte et ex ſententia poetae eſſent affecti, quosque ipſi imitantes, vel tanquam duces praeeuntes ſequentes, ſimiliter affecti euaderent. Ceterum quod de chori et ſaltatorum motionibus per ſtrophas, antiſtrophas et epodos referunt veteres grammatici, et ipſe etiam Lucianus, eas myſticas fuiſſe et ad curſum ſignorum coeleſtium inſtitutas, id vero tantum abeſt, vt verum eſſe exiſtimem, vt fere ad nugas talium hominum ingenii ſubtilitatem alieniſſimis locis oſtentantium, remittendum cenſeam. Nec magis vero videtur ſimile, quod nonnulli tradunt, flexum ſtrophes ob ortu ad occaſum, et antiſtrophes ab occaſu ad ortum fuiſſe directum, hoc eſſet, ab vno theatri latere ad alterum, epodon autem cantatum ſaltatoribus medium theatri locum tenentibus: etenim quaeri poſſet, quomodo hi ab extremo theatri latere, vbi ſub finem antiſtrophes ſtaturi fuisſent, ſe in medium ſpatium tam cito potuiſſent transferre. Itaque omnem choricarum ſaltationum motum exiſtimo circularem fere fuiſſe, ita, vt ſaltatores linea circulari diſpoſiti nunc dextrorſum nunc ſiniſtrorſum circumrotarent, interdum immoti manerent.

III.

Munus chori quale fuerit.

Chorus hominum perſonas gerebat, qui non conſilio aut praemeditati, ſed caſu quodam conueniſſent, quique vel teſtes vel ſpectatores

tores essent actionis fabula propositae; qui tamen, pro ea, quae ipsis esset cum personis fabulae, coniunctione, tali certe, qualis ciuium est cum principe, non possent non aut laetari, si bene, aut contristari, si male illis res cederent. Quod si quis existimet hac in re contra veritatis leges peccatum esse, quum non facile futurum sit, vt casus tot homines in actionis vel facti spectaculum ferat: ante omnia tenendum hoc est, apud veteres non intus in aedibus sed foras in viis publicis euenisse ficta esse, quae in scena repraesentabantur. Iam quum constet, plerosque homines ea teneri noui cupiditate, vt, si quid insueti aut insperati per viam, qua incedunt, se ils obtulerit, pedes sistant, videantque quid sit, quoue exitu futurum, expectent: intelligimus, quomodo fieri possit, vt, si cognouerint rem vel ad principem vel ad amicum aliquem pertinere, se statim immisceant, et partem rerum gerendarum in se recipiant. Et sic se res habet in chori personis, de quibus ita praecipit Stagirites *a*): Καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ. Quod vberius explicat Horatius:

Actoris partes chorus, officiumque virile
Defendat; nec quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, et haereat apte.
Ille bonis faueat, et consilietur amice,
Et regat iratos, et amet pacare tumentes;

Ille

a) Poet. cap. XVIII. p. 136. Harles.

Ille dapes laudet mensae breuis, ille salubrem
Iustitiam legesque et apertis otia portis;
Ille tegat commissa, deosque precetur et oret,
Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.

Partes igitur, quas choricae personae agunt, hae potissimum sunt, vt diiudicent dicta et facta, laudent, reprehendant, ea morum praecepta secutae, quae homo vel sine diuturno studio et cogitatione, et mediocri tantum rationis vsu, concipere et menti infigere possit. Exinde sequitur, vt non accuratam et philosophici ingenii acumine excogitatam morum doctrinam in chori canticis quaeramus, sed talem, qualem ab hominibus ex plebe expectes, quibus morum integritas curae quidem sit, iudicium tamen eorum non expers erroris. Contra Horatii praeceptum, vt bene moratae essent chori personae, peccasse videtur Sophocles in Antigone, vbi senes Tebani, qui chorum constituunt, Creontis crudelissimi hominis mandato obediunt, et miseriae causas non tam in tyrannum, quam in alia omnia transferunt *b*); quod tamen non impedit, quo minus fabula numeris suis absoluta sit; docemur potius, ingenium, quale Sophoclis, super criticorum praecepta longe euectum, ea posse efficere et in idoneam formam et habitum redigere, de quibus criticus despe-

b) v. 588. seqq. at v. 681. poeta callide chorum dicentem facit: *ἡμῖν μὲν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.*

deſperandum putat. Ita enim reor, voluiſſe poetam docere, quantum ad corrumpendos mores tyranni valerent, vt eo acrius et ardentius ſtudium conſeruandae liberatis iniiceret. Alius praeterea finis in choro ſpectabatur, vt de ſermonibus perſonarum ſcenicarum iudicium rectum et verum mixtae populi turbae exhiberetur, quod ab illis, qui fabulae impliciti erant, non poterat commode fieri: verendum enim fuiſſet poetae, ne morum praecepta videretur alieniſſimo loco voluiſſe obtrudere. Si forte aliquid difficilius intellectu in loquentium ſermonibus eſſet; vel in moribus ſe obſcuritas quaedam offerret, ea omnia chorus, qui quaſi medium inter fabulae perſonas, et ſpectatores tenebat locum, in clariore luce poterat ſiſtere, nebulasque hic illic obfuſas dispellere. Perſonis ſcenicis amicus erat fidelis et optatus, quem ſors aduocaſſet; erat, vt cum Brumoio loquar, *l' honnête homme de la pièce.* Si quod conſilium ſuggerendum, id per coryphaeum c) fiebat, tanquam legatum; ſi alia qualiacunque colloquia cum perſonis ſcenicis inſtituenda, per eundem res agebatur, qui oratoris partes haberet, et totius chori nomine reſponderet. Quare in mediis actibus vel episodiis chorum videmus magis ad fabulae perſonas ſe conuertere, et ſaepius per interpretem loqui, quam vno ore cunctos. Finitis autem ſingulis episodiis, quum ea, quae acciderint, vnanimi concentu retractant, diiudicant, recte facta laudant, ſi qua ſecus, vituperant, admonitiones, lamentatio-

c) v. Dacer. ad Ariſtotel. Poet. p. 348. et Curt. p. 173.

tationes, philoſophemata adiungunt, tum non modo ſuos ſenſus exprimunt, ſed ſpectatorum maxime rationem habent; in quo negotio ſocios eos habebant, quorum erat, quod hi canendo exprimerent, idem referre ſaltando. Quemadmodum fit fere, quum plures facto alicui ſpectatores interfuerint vehementer affecti; alii verbis animi motus, laetitiam, timorem, miſerationem, ſtuporem ſignificant, alii vultu et geſtu; quod quum fiat in ſcena imitatione: alterum cantu alterum ſaltatione, elegantioribus et nobilioribus imitandi modis, referre placuit *d*). Quum ergo Ariſtoteles et Horatius chorum actoris partes ſubire volunt, id de nulla re intelligendum eſt, quam de ſermonibus et canticis cum ſabula conſentaneis *e*): et minime cogitandum de vera actione, quam praeterquam in Sophoclis Aiace in nulla fere fabula reperias.

IIII.

Discrimen chori in tragicis adhuc extantibus.

In Aeſchyli choris, quamuis multo breuioribus, quam Theſpidis aetate, antiquam tamen indolem adhuc vigere deprehendimus, quum tanta

d) v. Brumoy *Theatre des Grecs* T. I. p. 107. ſeqq.

e) Ariſtotel. Problem. Sext. XIX. ἔςι γὰρ ὁ χορὸς, κηδευτὴς ἄπρακτος· εὔνοιαν γὰρ μόνον παρέχεται οἷς παρέςι.

tanta ſint longitudine, vt maximam partem fabulae conſtituant, vt in Agamemnone et Supplicibus, vt ex his et in primis poſterioris fabulae choro antiquiſſimae tragoediae naturam poſſimus colligere *a*). Res affert chorus ad ſtatum rerum praeſentem minime neceſſarias; in laudes deorum, heroum, narrationes factorum illuſtrium, quae quandam ſimilitudinem cum cauſa praeſente habent, excurrere mirifice gaudet; ſi quid miſeriae accidit, alienas miſerias commemorat; ſi dei cuiuspiam nomen auditur, hoc cupidiſſime arripit, vt ſibi viam ad praeconia conſiliorum eius et factorum ſternat. Securus de ordine, ingeniique feruore abreptus, libere euagatur; a rebus, quas exponere ſibi propoſuit, repente recedit, et in alia omnia ſe trahi patitur, vsque multis ambagibus, vnde egreſſus eſt, redeat. Senſus vbique ſpirant ſublimes et grandes, in pectoris ad ſeruilem modum pii et religioſi penetralibus concepti. Nusquam inuenias lyricum ſermonem ſe altiori volatu efferre: nusquam audaciori cothurno Melpomenen incedere. Quid magnificentius cogitari poteſt imaginibus, quibus deorum laudes illuſtrat? quid vehementius, quid, quod luculentius et viuidius animum dilaceratum et mille doloribus transfixum declaret, lamentationibus illis, quae episodiorum interualla occupant? Inprimis hoc videtur voluiſſe conſequi Aeſchy-

a) v. Heeren *de chori Graecorum tragici natura* p. 10. ſeq. qui eximia diligentia chororum argumenta excuſſit, et Ienifch. *Agamemnon rythmiſch überſetzt.* p. 5.

Aeſchylus, vt non tam metum iniiceret, quam terrore percelleret; nihil certe terribilius choro Eumenidum, vbi Oreſtem in furorem coniicere laborant. Ab hoc Aeſchyleo more, et antiqua illa chori conſtitutione longius receſſit Sophocles *b*), tam felici ſucceſſu vſus, vt Ariſtoteles, acutiſſimus rei dramaticae arbiter, in partibus choro demandandis, eum vt egregium exemplum commendare non dubitaret. Addito tertio interlocutore episodiorum numerum auxit, ſed ita coniunxit vt ſcena vel raro vel nunquam vacua relinqui ab actoribus poſſet. Finitis episodiis chorus cantus ſuos ciet, ſed multo breviores, quam in Aeſchyli fabulis; inter actus etiam ſaepius, quam apud Aeſchylum, canit. Nunquam primas tenet fabulae partes, vt interdum apud Aeſchylum, ſed eas, quas Horatius chorum tueri iubet. Illa ſenſuum ſublimitas, qua vsque ad vitium Aeſchylei chori inſurgunt, et inſolita illa animi perturbationum vehementia deſideratur; humaniores animi motus ſe produnt, leniores et mitiores regnant ſenſus; commotus amicorum miſeriis non replet ſpectatores terrore, ſed miſericordiam eorum mouere ſtudet. Quum apud Aeſchylum bella et pugnae materiam laudis deorum ſuppeditant, nihil apud Sophoclem inuenias quod Martem ſonet, aut militem loquatur: iucundiores imagines et gratiores colores orationem exornant *). Mi-

rus


b) v. Heeren. l. c. et Dacer. ad Ariſtotel. Poet. p. 351.

*) cf. Comit. a Stollberg in praef. ad Verſ. Sopocl. Germ. p. XIX.

rus est pietatis amor, sed non austerus ille in seruili animo sedem habens, verum ingenuo homine dignus. Si ob aduersos amicorum casus in lamentationes erumpit, non, vt apud Aeschylum, comarum euulsione et laceratione genarum declarat animi vulnera, aut lamentationibus vsque ad taedium continuatis aures obtundit, sed pectore melius praeparato sortis crudelitatem accuratius expendit, deorum implorat auxilium, solatia addit, atque exemplis aliorum, qui simili calamitate oppressi fuerint, animos afflictos erigere gestit. Praecepta moralia tum addit, quum spectatores, orationis vi atque impetu in alia omnia abrepti, ea ipsi sibi elicere essent neglecturi. Euripides c) studiosius quam Sophocles, actus per chorum finiri iubet; medios actus raro facit intercinentem. Vna extat ex Euripidis fabulis, in qua chorus principes partes tenet, *Supplices*. In reliquis cum fabulae personis familiaritate tantum coniunctus est, interdum ne hoc quidem, sed plane alienus. In nonnullis fabulis chorum ita instituit, vt non tam ex fabulae personis materiam lugendi nanciscatur, quam ex sua ipsius calamitate. Multa occurrunt, quae a fabula aliena sunt, ornatus tantum gratia adiecta, quae adeo in alia quacunque fabula locum habere possent: quo pertinent laudes Cereris in Helena et Apollinis in Iphigenia Taurica, ex Mythologia petitae: quod ita offendit Stagiritem, vt poetas morem Euripidis tanquam verae tragoe-

 diae

c) vid. Cl. Heeren l. c. Curt. et Dacer. ad Aristotel. Poet. cap. XVIII. et Hurd. ad Horat. Poet. p. 143.



diae aduerſantem relinquere iuberet. In omnibus eius choris hoc licet animaduertere, eum, dum artis et ingenii regulis inhaereret, naturae nutum interdum neglexiſſe.

V.

Quid chorus ad tragoediae perfectionem et finem moralem contulerit.

Perfectionem tragoediae, eam puta, quam critici ex vnius et loci et temporis et actionis ſiue ſabulae (μῦϑȣ) obſeruatione effici volunt, vix potuiſſe non conſequi Graecos poetas, chori praeſentia adiutos, in confeſſo eſt. Nam quum chorus hominum perſonas gereret, qui caſu quodam fortuito conueniſſent, et vel noui cupiditate acti, vel amicitiae et familiaritatis officiis detenti intereſſent rei gerendae: locus etiam ſcena repraeſentatus talis eſſe debebat, vel regio, vel vrbis platea, vel forum cum templis et palatiis, in quo, ſalua veri ſimilitudine, ea hominum frequentia reperiri poſſet. Quare etiam nulla extat ex veterum tragoediis, cuius fabula intus in aedibus accidiſſe fingenda ſit: etenim rebus, quae in domo etiamſi a rege geſtae eſſent, non magis fieri poſſe putabant, vt tot teſtes intereſſent, quam vt priuati hominis facta talem teſtium numerum morarentur; vt fabulae, quae in Graeco theatro doceri poterant, res comprehendere deberent, non modo a rege, verum etiam publice geſtas. Hac ipſa re illuſioni

ſioni etiam ſpectatorum aliquanto conſultum fuiſſe, quod, quos loquentes audirent, agentes viderent, eos eiusdem loci finibus ſecum incluſos deprehenderent, negari nequit; quamquam etiam tum, quum res in aedibus acta refertur, illuſio ſalua manet *a*). Quem igitur locum quum chorus non relinqueret, niſi forte a fabulae perſona ad tempus diſcedere iusſus *b*): non poterat in mentem venire poetis, actionem ex hoc in alium locum transferre. Neque vero magis opus eſſe duxit Stragirites opportunitatem vnius loci commendare, quam de temporis circumſcriptione praecipere, quippe quod ſciret vtrumque, vel nemine monente, a popularibus ſuis ſeruari, magno tragoediae emolumento *c*). Veruntamen quiuis intelligit, poe-

a) v. Quae Eſchenburg ad Hurd. Commentar. in Horat. Poet. p. 401. diſputat contra Vatrii *Diſſertation, où l' on traite des avantages que la Tragédie ancienne retiroit de ſes choeurs*, in Memoires de l' Acad. d. I. T. XI. p. 310.

b) E. g. in Iphig. Taur. 727. vbi Iphigenia arbitro remoto litteras vult tradere; in Sophocl. Aiac. v. 685. vbi Aiax manum ſibi illaturus chorum dimittit.

c) Leſſing Dramaturg T. I. p. 362. *Sie (die Griechen) lieſsen ſich dieſen Zwang einen Anlaſs ſeyn, die Handlung ſelbſt ſo zu ſimplificiren, alles Überflüſſige ſo ſorgfältig von ihr abzuſondern, daſs ſie auf ihre weſentlichſten Beſtandtheile gebracht, nichts als ein Ideal von dieſer Handlung ward, welches ſich gerade in derjenigen Form am glücklichſten ausbildete,* die



poetae tam arctis loci finibus circumſcripto longe maiori opus fuiſſe ingenii vbertate, quam ei, qui libere poteſt euagari, et actionis locum pro arbitrio eligere et deſerere. Vnde ſit, vt Euripides huic regulae, quae quidem eſſe poſt illum demum coepit, interdum non niſi aegre ſatis fecerit, vt, quum in *Hippolyto d*) Phaedram aegrotantem grabato impoſitam ex aedibus in chori conſpectum exportari, quum Alceſtin *e*) iam iam morituram ante fores querelas fundere facit; ſed haec ſunt vitia, quae felix Sophoclis ingenium haud dubie euitaſſet. Choro etiam debetur, quod tempus, intra quod accidiſſe res fabula propoſitae ſingebantur, vnius diei ſpatium non excederet *f*); qua in re mirum quan-

die den wenigſten Zuſatz von Umſtänden der Zeit und des Orts verlangte. cf. Cook *Grundſ. der dram. Kritik.* cap. 11. Sulzer *Theor. der ſch. K. ſ. Einheiten, Drama*, ibique Blankenb.

d) Hippol. v. 171. ſeqq.

e) Alceſt. v. 234. ſeqq. alia exempla affert Cook l. c. cap. 11. quae tamen poſſunt excuſari: vt, quum Sophoclem reprehendit, quod in Trachin. v. 53. Deianira myſterium concredat choro: vbi non venit ei in mentem Horatii praeceptum, (ad Piſonn. 200.) *Ille tegat commiſſa.*

f) πειρᾶται ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου εἶναι ἢ μικρὸν ἐξαλλάττειν. Ariſtotel. Poet. V. p. 38. Harleſ. Diuerſas explicationes inuenias apud Dacer. ad h. l. et Curt. in Comment. ad Verſ. Germ. p. 112. coll. Hedelin *Pratique du Theatre* lib. II. cap. 7. p. 157. verſ. Germ. Scalig. Poet. III. cap. 97. p. 369.

quantum peccant recentiores, muſicorum inſtrumentorum opportunitate abuſi *g*). Nec cogitarunt vnquam Graeci de temporis amplificatione; quandoquidem homines, qui forte accurrerint, vltra ſex aut octo horas manere, nemini poſſit perſuaderi. Quare Stagirites, quae de tempore fabulae affert, ea non tam praecepiſſe, vtpote quae aliter inſtitui a quoquam poſſe ne ſomniaſſet quidem, quam commemoraſſe tantum cenſendus eſt. Ne denique plures forte fabulae ſiue actiones connecterentur, et in vnum cogerentur a poetis, choro cautum erat. Hic enim, cui non liceret canere, quae non aptae cohaererent, idem cantu ſuo inuitabat et quaſi cogebat ſcenam ingreſſos ea agere et dicere, quae ad principem actionem pertinerent; quod in recentiorum theatris, vbi ſoli fidium et tibiarum ſoni audiuntur, non tam facile eſt euitare. Quemadmodum enim ea opportunitas ab vnius loci obſeruatione recedendi ſeſe poetae offert, quando ſymphoniae actus intercedunt, ita hic vix poteſt ſibi cauere, ne perſonas ſcenam intrantes faciat, quarum dicta et facta qua ratione cum omni fabulae conſilio cohaereant, nemo diuinet. Quo quantum efſica-

g) Leſſing l. c. *Anſtatt der Einheit des Tages ſchoben ſie die Einheit der Dauer unter; und eine gewiſſe Zeit, in der man von keinem Aufgehen und Untergehen der Sonne hörte, in der Niemand zu Bette ging, wenigſtens nicht öfterer als einmal zu Bette ging, mochte ſich doch ſonſt noch ſo viel und mancherley darin eräugnen, lieſsen ſie für einen Tag gelten.*

ficaciae dramatis pereat *h*), nemo non videt. Magis tamen adhuc conſpicuus eſt chori vſus in fine tragoediae. Hunc vero, quo ab aliis poematum generibus distinguitur, Ariſtoteles *i*) docet

h) Marmontel Poet. T. II. p. 45. *il eſt certain, que ſi la chaine eſt double, quoiqu' entrelasſée, l' attention et l' intéret ſ' affoibliront en ſe diviſant ; l' ame ſera obligée de changer d' objet; et comme elle ne peut obéir à deux mouvemens à la fois, il eſt à craindre qu' en ſe ſuccédant ils ne ſe detruiſſent l' un l' autre.* cf. Hedelin. l. c. lib. II, 4. 5. Batteux *Einl. in d. ſch. W.* T. I. p. 231. Raml. et Cook. l. c. cap. 11.

i) Poet. VI. p. 40. Harleſ. Ἔστιν οὖν τραγῳδία μίμησις πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας μέγεθος ἐχούσης· ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστῳ τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις· δρώντων, καὶ οὐ δι' ἀπαγγελίας· ἀλλὰ δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. Sic loci lectionem conſtituendam puto Cel. Reizium, praeceptorem meum pie colendum, ſecutus, niſi quod ἀλλὰ ante δι' ἐλέου κ. τ. λ. retinendum arbitror, non edpraeced. καὶ οὐ δ. ἀπ. illud referens, ſed ſubintelligens καὶ τοῦτο οὐ μόνον. Nam primum distinguitur tragoedia ab epico carmine per δρώντων, καὶ οὐ δ. ἀπ. deinde, quoniam hoc etiam in comoedia locum habet, additur, quod in ſolam tragoediam cadit, ἀλλὰ δι' ἐλέου κ. τ. λ. Eſt hic locus iam accuratius tractatus a Clariſſ. Blümnero in Diſſert. *de Sophoclis Oedipo rege* p. 38. et in veritatem notionis inquiſiuit Loebelius in Comm. *in Ariſtotelis notionem Tragoediae.* Facem praetulit Leſſingius in Hamb. Dramat. T. II. p. 169-245.

cet in eo cerni, quod res tristes et interitum parantes non narrando sed repraesentando per imitationem proponat, vt metum et miserationem in spectatorum animis concitet, concitatos autem non hos solum, sed alios etiam id genus animi affectus purget *k*), hoc est, in eum

k) *Κάθαρσις παθημάτων* ex Pythagorica schola oriunda (vid. Heins. de tragoediae constit. Cap. II. et Batteux ad Aristotel Poet. p. 231.) est nihil aliud, quam moderatio metus et miserationis, vt nec plus nec minus metuas aut miserere, quam res, locus, et tempus postulat, vt habitum virtutis in hoc genere prae te feras. Omnis enim virtus habitus est ex mente Aristotelis, quo inter duo extrema medium eligitur: *ἔςιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ, ἐν μεσότητι ὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς*, Moral. II, 6. coll. cap. 5. extrem. et cap. 7. Sed non metus solum et miseratio purgantur, verum etiam ii affectus, qui his sunt affines (v. Lessing. Dramat. p. 199.); nominantur autem hi potissimum a philosopho, quia prae ceteris animo humano proprii sunt et salubres (v. Marmontel *Poet. Franc.* T. II. cap. XII. ab init. et Batteux *Quatre Memoires* p. 13. s.), et tragoediae potissimum conueniunt (Arist. Poet. cap. XIII. p. 88. Harles.); et quia vnum eundemque habent fontem, mala scilicet aliorum; *φοβερὰ ἐςιν, ὅσα ἐφ᾽ ἑτέρων γιγνόμενα ἢ μέλλοντα, ἐλεεινά ἐςι.* Rhetor. II, 5. et cap. 8. *ὅσα ἐφ᾽ αὑτῶν φοβῦνται, ταῦτα ἐπ᾽ ἄλλων γιγνόμενα ἐλεῦσιν.* cf. quae paulo ante dicit, et ab init. cap. cit. Sic Polit. VIII, 7. *τῷ δὲ ἧττον διαφέρει καὶ μᾶλλον, οἷον ἔλεος καὶ φόβος.* In terrore nemo miseratur: *μήτ᾽ (ἐλεῦσιν) αὖ φοβύμενοι σφόδρα· ὐ γὰρ ἐλεῦσιν οἱ ἐκπεπληγμένοι·* Rhet. l. c. cf. Cicer. Tuscul.

eum modum redigat, quem firmi et conſtantis animi hominem ſeruare par eſt. Quo certius autem eſt eiusmodi affectiones in tragico dramate locum habere non poſſe, niſi quum homines, quorum mores et miſeria proponantur, nobis aequales *l*) fuerint, tum ipſi illi mores et miſeria ita imitata atque ad verum expreſſa compareat, vt non fictam, ſed ipſam eam praeſentem *m*) videre nobis videamur; eo magis etiam dubio caret, quo plura ſimul adhibeantur imitationis inſtrumenta, eo facilius et certius non modo concitari affectus, ſed etiam foueri atque adeo purgari. Iam videmus, quam praeclare omnia ad hunc finem inſtituta fuerint in Graecorum tragoedia. Finitis ſingulis episodiis cantus audiebantur et inſtrumentorum harmoniae, ad quas ſaltatores inceſſum concinnabant. Quae

Tuſcul. III, 27. Apparet igitur, quam temere fecerint, qui *miſerationem* et *terrorem* in Ariſtotelis fine coniunctos eſſe voluerunt. Moſis Mendeli filii explicationem miſerationis, non minus veram quam acutam, (*Philoſ. Schrift.* T. II. p. 4.) ad Ariſtotelis tamen locum non pertinere, docet optimus huius interpres Leſſingius Dramat. p. 177. ſeq.

l) Rhet. II, 8. *τὓς ὁμοίȣς ἐλεȣ̃σι.* cf. Poet. XIII. p. 88. 89. Harleſ.

m) Ariſtot. l. c. *ἐλεȣ̃τιν, ἐγγὺς αὐτȣ̃ τȣ̃ δεινα ὄντος*; ſed totum caput perlegendum. *Segnius irritant animos demiſſa per aurem, Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus, et quae Ipſe ſibi tradit ſpectator.* Horat. ad Piſonn. 180.

Quae omnia imitandi facultatem habent *n*); non tamen ad viuum, vt in ipsa natura res cernuntur, exprimunt, quod artium elegantiorum principiis repugnat; sed multo suauiori et iucundiori modo, quo dolores, quos spectatoris animus ex gestorum repraesentatione perceperit, voluptate quadam condiantur *o*).

Ou les beaux vers, la Danse, la Musique
L' art de tromper les yeux par les couleurs,
L' art plus heureux de séduire les coeurs,
De cent plaisirs font un plaisir unique.

VOLTAIRE.

Nulla igitur interruptio affectionis locum habebat, quum aures et oculos, qui scenicis personis intenti fuerant, chori cantus et saltatorum motus ad se raperent, raptosque detinerent, vt, qui antea excitati essent in animis affectus, eos alerent, et augerent, et talem colorem iis inducerent, qualem poetae consilium requireret. Qui choros constituebant vna cum saltatoribus medium quasi locum inter spectatores et scenicos obtinebant, quum, quamdiu hi in theatro essent, actoris partes sustinerent, vbi essent egressi, animorum pro se quisque sui sensus et affectus

n) v. Aristotel. Poet. cap. I.

o) v. Brumoy *Theatre des Grecs;* T. I. p. 107. Lessing. Dramat. T. II. p. 138. seqq. coll. Hurd. ad Horat. Poet. T. I. p. 105. et Eschenb. p. 387. seqq.

affectus exprimerent, et, tanquam pars ſpectatorum, reliquos ad ſe redire et aliena a tragico ſpectaculo mente voluere non ſinerent, ſed ea exitum cognoſcendi cupiditate incenderent, vt actores, quorum dicta et facta ipſis tam egregie praeparatis nouos ſenſus inſtillarent, anxie et impatienter expectarent. Sicut in tabula pictor non ſemper principe perſona ſenſus eos in ſpectantis animo mouet, quos motos cupit, ſed eorum vultu et geſtu, qui illam cinxerint *p*); ita in dramate, quod pictura viua et loquens recte poſſit appellari, factum apud Graecos videtur, vt chori vultu, ſaltatorum geſtu, et harmoniis muſicorum fortius tangerentur ſpectatorum animi, quam ſcenicarum perſonarum vel ſermone vel actione. Quantam praeterea haec omnia vim in mores habuerint, quis non ſentit *q*)? Quare non putandus eſt iniuriam facere noſtrae

p) Garve *Einige Abhandl.* p. 364. *Mit nichts können wir beſſer ſympathiſiren, als mit der Sympathie ſelbſt; keine Leidenſchaft pflanzt ſich leichter fort, als die man ſelbſt durch Mittheilung bekommen hat.* cf. eund. l. c. p. 318.

q) De vi poeſeos v. Voſſium de poematum cantu et viribus rhythmi. Eckii diſſ. *de vi poeſeos in mores.* De muſices vſu egit Ariſtotel. Polit. VIII, 7. vbi promittit ſe copioſius de καθάρσει in Poetica acturum; ſed haec deperdita ſunt. Choro commendat Stagirites mores et modos tranquillos et flebiles, Problem. Sect. XIX. inprimis Doricam harmoniam ad mores inſtillandos aptam eſſe iudicat, Polit. l. c. cf. Batteux. ad Ariſtot. Poet. p. 231. copioſe hoc argumentum tractarunt

noſtrae aetati, qui contenderit, vſum chori apud Graecos maiorem fuiſſe, quam vt eum tibicinum et fidicinum concentu, quo hodie dramata inchoantur et interpellantur, compenſatum pronunciari liceat. Quoties enim ita comparata eſt modulatio, vt ſi te ſiueris ea ad drama praeparari, vt praeguſtu quodam de eo iudicare poſſis, niſi iam ex albo illud habueris cognitum, ex hac certe non praeſagias, adeoque futurum ſit, vt tragoediam expectes, quum ſequatur comoedia, et vice verſa. Atque etiam ita comparatus ſi ſit inſtrumentorum concentus, vt argumento dramatis reſpondeat: tamen affirmare auſim, eam tali vſui eſſe non poſſe, quali chori cantus apud Graecos fuit: eſt enim modulatio nec popularis illa et nimis artificioſa, vt vis eius a nemine niſi muſices perito percipi poſſit. Hinc plerosque in caueis videmus, dum inſtrumenta canunt, colloquia inſtituere, ridere, iocari:

runt *Burney, a general Hiſtory of Muſic from the earlieſt ages to the preſent period. To which is prefixed a disſertation on the Muſic of the Ancients,* Lond. 776. T. I. Sect. X. diſſ. praemiſſ. (excerpta habet Forkel *in muſik. kritiſch. Biblioth.* T. III. p. 157.) et Forkel *in der allgem. Geſch. der Muſik* T. I. p. 436. qui inprimis de dramatica muſica conferendus p. 409. Brown *Betr. über Poeſie und Muſik* p. 118. ſeqq. Garve *Einige Abhandl.* p. 317. ſeqq. Herder *Zerſtr. Blätter* T. I. p. 156. ſeq. De ſaltatione vid. Platon. Legg. lib. II. p. 64. lib. VII. p. 375. ſeq. T. VIII. ed. Bipont. Bulenger de Theatro lib. I. cap. 51. Burette *de la Danſe des Anciens* in Mem. des Inſcript. T. I. p. 162. Hurd. ad Horat. Poet. p. 158. ſeq. Sulzer *Theor. d. ſch. W. art. Tanz, Ballet.*

iocari: etiamſi triſtiſſimae res antea in ſcena acciderint. Sed audiamus cariſſimum Melpomenes alumnum, Cornelium: *Le chant du choeur, inquit, ne laiſſoit pas au ſpectateur le tems de reſpirer, au lieu que nos violons ſont d' une commodité très-grande; car l' eſprit de l' auditeur ſe délaſſe durant qu'ils jouent, et reſlèchit même ſur ce qu'il a vû, pour le louer ou le blâmer, ſuivant qu'il lui a plû ou déplû. Et le peu qu' on le laiſſe jouer, lui en laiſſe les idées ſi récentes, que quand les Acteurs reviennent, il n' a pas beſoin de faire effort pour rapeller et renouer ſon attention.* Mihi aliter videtur. Quod Humius r) ad illuſtrandam commotionum commixtarum naturam de animo humano dicit, eum inſtrumenti fidibus intenſi ſimilem eſſe, id vero maxime in eos cadere exiſtimo, qui tragico ſpectaculo interſunt. Sicut enim nerui inſtrumentorum, etiamſi ipſi non percutiuntur, tamen aliorum, qui forte in eodem conclaui ſollicitati fuerint, ſonos ſubmiſſim referunt, et idem melos reſonant, ita in Graecorum tragoedia, quos ſpectatores in choricis adhuc durare animaduerterent affectus, eosdem et ipſi imitabantur, eos et ipſi ſentiebant; apud recentiores

r) In Eſſays and Treatiſes on ſeveral Subiects Vol. III. p. 253. (locus iam ab Engelio allatus *in Ideen zu einer Mimik* T. II. p. 256.) *If we conſider the human mind, we ſhall obſerve, that, with regard to the paſſions, it — reſembles a String-inſtrument, where, after each ſtroke, the vibrations ſtill retain ſome ſound, which gradually and inſenſibly decays.*

res contra ſoni affectionum ex animo eliciti non modo non repetuntur, ſed ne ea quidem libertate fruuntur, vt ſua ſponte ſuppreſſiores fiant et ſonare ceſſent, ſed quaſi vi ſuppreſſi et abrupti muteſcunt. Quod loci mutationem attinet, quae dimiſſo choro auxilio eſſe coepit poetis, eam, niſi in mediis actibus fiat, non putem tantam noxam afferre. Etenim iis, quae ante geſta ſunt, ita praeparati ſumus et incitati ad ſequentia, vt aueamus in locum illum, vbi geri poſſint, quam citiſſime translocari; cui expectationi et voto quum allevato velo ſatisfactum videmus, non querimus qua praeſtigiorum arte factum hoc ſit, ſed, praeclare nobiscum actum putantes, ſtatim laeto animo rebus gerendis inhiamus. Minus adhuc officit tragoediae fini temporum mutatio, niſi talis ea ſit, vt v. c. qui puer paulo ante fuerit, duarum horarum ſpatio ſenex appareat. Etenim in res intenti, locorum distantias et temporum interualla non anxie curamus; miſereret certe vnumquemque bonum hominis, qui, allato caedis nuncio, quum oculis tot effectus cerneret, loci, in quo caedes commiſſa fuiſſet, interuallum vellet inquirere, aut, ignarus locorum distantiae, doleret, quod mappa geographica, quam inſpiceret, ad manus non eſſet.

VI. *Cau-*

VI.

Causae, cur chorus tantam vim apud Graecos habere potuerit.

Quum fuerint, qui chori vſum in recentiorum tragoedia abnegantes eo procederent, vt ſtatuerent, vim eius etiam in veterum theatris non tantam et tam admirabilem fuiſſe, quanta vulgo ferri ſoleret: ego, ne inani ſtudio iactaſſe videar, quae de vtilitate chori attuli, meum eſſe duxi, de cauſis, quibus probari ſententia mea poſſet, breui exponere. Iam primum conſtat Graecos, ſub puriſſimo et tenuiſſimo aere natos, ea fuiſſe natiua animi hilaritate atque laetitia, vt omnia, quae triſtitiam viderentur parare, reſpuerent, et id modo, quod voluptatem afferret, miro ſtudio ſectarentur *a*). Deinde a primis temporibus plena ſemper vſi ſunt libertate: nam, etiamſi in vna aut altera ciuitate reges gubernacula tenerent, non tamen ea fuit illorum poteſtas, vt omnis libertatis lux extincta fuerit; neque vero vnquam vniuerſa Graecia tyrannidis iugum tulit. Quantam haec omnia vim in animos Graecorum et mores habuerint, non eſt, quod vberius demonſtrem. Omnis generis artes florebant, poeſis, muſica, ſaltatoria, ſtatuaria, pictoria ars in nullo populo aut prius exculta eſt, aut maiori contentione

a) v. Eurip. Med. v. 829. ſeqq. et Thucyd. lib. II. p. 123. Wechel.

tione exercita *b*). Leges canebantur; verſibus tradebantur morum praecepta; inter cantum et ſaltationem, et inſtrumentorum harmonias liberi educabantur; religionis ſolemnitates hymnorum cantu, et muſicorum ſaltatorumque pompa ſplendebant. In tali igitur populo, ſub tam felici coeli plaga tragoedia prima initia cepit, in feſtiuis dei ſolemnitatibus, inter ſacra peragenda, ad aras et templa, inter inſtrumentorum accinentium ſonos, a vatibus, qui numine afflati ſibi videbantur, raptique ſacros pererrare lucos, coram coetu et ipſo Bacchi pleno; nulla obſeruata regula, nullius critici praecepta, nulla adhibita ars; leges natura dedit, et animi impetus; pro regula ingenium fuit. Hymni canebantur in dei laudem altiori ſpiritu concepti; factorum eius praeconia audiebantur ad inſtrumentorum modos: nam pectore a Baccho concitato recitationem ſine rhythmo potuiſſe procedere, quis credat? A deorum celebratione ad heroum laudes deſcenſum, quae eadem fere phantasmatum vi pronunciabantur; facta eorum et virtutes commemorabantur, euehebantur, imitatione repraeſentabantur *c*); hinc

b) v. Winkelmann *Geſch. der Kunſt*. T. I. p. 223. Gillies *Geſch. von Altgriechenl.* T. I. praef. et p. 270. ſeqq. p. 332. ſeqq.

c) ὅλως δὲ φθεγγόμενος, εἴτ᾽ ἐν ᾠδαῖς εἴτ᾽ ἐν λόγοις, ἡσυχίαν ού πάνυ δυνατὸς τῷ σώματι παρέχεσθαι πᾶς. διὸ μίμησις τῶν λεγομένων σχήμασι γενομένη τὴν ὀρχηστικὴν ἐξειργάσατο τέχνην ἅπασαν. Plat. Legg. Lib. VII. p. 377. T. VIII. Bip.

hinc fenfim nata eft illa σπυδαίων πράξεων μίμησις. Si interlocutor ad tibiam Bacchi laudes et facta recitabat, moresque et geftus eius imitatione exprimebat: chorus Nymphas, Satyros, et alios Bacchi comites referebat; fi herois laudes enarrabat: idem ille cohortem fociorum repraefentabat omnia cum duce pericula fubituram et labores. Quae regi acciderent, infcio populo fieri poffe non videbantur; regis fortunam, et fecundam et aduerfam, vnusquisque ciuium fuam putabat; cum hoc ciues arctiffimo vinculo coniuncti fibi videbantur, quoniam rex erat non nimia ille quidem et arbitraria potentia gaudens, et regia inclufus nihil conuerfationis cum ciuibus habens, fed leges et iura populi tuens, falutem fuorum curans, quotidie inter fuos verfans eosque amans, ab hisque amatus viciffim. Res ex prifcis feculis repetitae, ex aetate, qua morum integritas cum grata fimplicitate viguerat, ad repraefentationem imitando effectam eligebantur, loco ac tempore, quo in omnium pectore diuinus ardebat ignis, vbi omnes in altiores regiones raptos fe putabant. Non igitur poterat fieri, vt vfitato modo referrent, vt tranquillo et fedato animo, profa oratione vterentur, vt inceffum fimplicem fine ornatu et artificiofa compofitione retinerent. Etenim ea eft humanae naturae indoles atque ingenium, vt a quibus quis affectus fuerit, ea fi imitatione repetat rurfusque referat aliis, non feruili id faciat repraefentatione, vt nec plus nec minus exhibeat, fed longe elegantiori et ornatiori; praefertim fi iam aliunde etiam pectus quafi numine plenum fuerit; dicendi genus adhibet non pedeftre illud et folutum, fed

rhyth-

rythmicum et certis legibus adſtrictum *d*); verbis vtitur non vulgari notione, ſed inuſitata et aenigmatica; ſi quos animi perturbationes geſtu imitatur, non tam perterrere, quam grato miſerationis ſenſu perfundere laborat. Tale ingenium tragoedia in progreſſu, tale in ſumma perfectione retinuit. Quae ex vita communi repetita repraeſentabantur imitatione, ea omnia videbantur verum vitae vſum et conſuetudinem ſuperare et in altum eniti. Loquentes numeroſa et pedibus dimenſa vtebantur oratione; qui teſtes actionis erant, ſi vehementius affecti erant, altius adhuc ſurgebant, lyricos numeros aemulantes; horum ſocii, qui non cantu quidem, ſed geſtu admirationem, dolorem, miſerationem, metum prodebant, quod in vita quotidiana ruſtica et minime gratioſa corporis et membrorum agitatione facturi fuiſſent, id in tragica imitatione, vbi nerui ad inſolitos motus intenſi erant, decentiſſima et maxime admirabili motionum concinnitate ſtudebant praeſtare. Quemadmodum poetam epicum legenti ea, qua par eſt, animi affectione, non ſubit cogitatio, ſermones non ita proferri potuiſſe, iisdem numeris, eadem pedum dimenſione, ſed ſe quaſi in regionem tranſlatum ſentit, vbi aliter loqui nefas foret; ita in Graecorum tragoedia animis ſpectatorum metrici ſermones, affectuum ſignificationes per lyricum cantum, dolentium geſtus per ſaltationem expreſſi, non videbantur

 prae-

d) Non puto Graecos vnquam de proſa oratione in tragoedia cogitaturos fuiſſe, quod Engelius ſuspicatur *in Ideen zu einer Mimik* T. II. p. 121.

praeter naturam esse, sed omnes existimabant se in mundi plagam translatos, vbi omnia sic fieri solita *e*). Sensuum elationem augebant instrumentorum harmoniae, quae scenicorum recitationem non minus quam chori cantica comitabantur *f*); vt mirandum non sit, quod Graeci choros non modo non insuetos, sed etiam necessarios esse putauerint.

VII.

Quid sit, quod chori restitutionem apud recentiores videatur impedire.

Quo laetior tragoediae ortus apud Graecos, eo tristior restitutio eius fuit inter recentiores populos; quod etiam in caussa fuit, vt pro ortus diuersitate diuersam formam nacta sit. Re-

e) Φαίη κ' ἀθανάτους καὶ ἀγήρως ἔμμεναι αἰεὶ Ὅς τότ' ἐπαντιάσει' ὅτ' Ἰάονες ἀθρόοι εἶεν· Πάντων γάρ κεν ἴδοιτο χάριν, τέρψαιτο δὲ θυμὸν Ἄνδρας τ' εἰσορόων, καλλιζώνους τε γυναῖκας. Homer. h. in Apoll. 151.

f) Quare nollem Curtio inter alia etiam hoc excidisset: *Es scheint lächerlich, in einer ernsthaften Handlung einige Personen reden, andere aber singen zu lassen: es sey denn, daſs der Chinesische Geschmack, da man alle heftige Leidenschaften durch Singen ausdrückt, auch bey uns eingeführt werden möchte.* ad Aristot. Poet. p. 176.

Reſtituta eſt in populo Chriſtianismum adepto, et ſic a religionis cultu, ſenſus magis quam intellectum afficiente, remoto; in populo, qui vel ſub hierarchiae ſceptro gemebat, vel arbitrariae principis voluntati parebat. Qui prima poſuere tentamina, aggreſſi rem ſunt non ingenii vi abacti, non naturae impulſu agitati, non feſtiuae ſolemnitatis inuitatione; ſed veterum exemplo moniti, et criticorum regulas ſecuti, male plerumque intellectas. Argumenta eligegebant dramatica forma exornanda, quae a tragoediae ingenio longiſſime recedunt; inprimis vero hiſtorias ex Chriſtianae religionis initiis repetitas illuſtrare gaudebant. Sero admodum et mille demum difficultatibus remotis robur nacta eſt, vt cum Graeca comparari poſſit. Attamen discrimen quoddam haud leue manſit, quod etiam manebit, quoad erunt, qui fabulas docere ſustineant, ex prima origine repetendum. Nimirum nimis ſobria fuerunt recentioris tragoediae initia, nec minus etiam progreſſus; quod ita intellectum volo: homines, qui primum conati ſunt docere fabulas, id aggreſſi ſunt ſine inſueta animi incitatione, nullo numine acti, nullo pompae religioſae ſplendore inuitati; repraeſentationi ſpectatores interſuere noui magis et inſueti cauſa, quam aliquo conſilio, ab omni animorum affectione alieni. Quod cum fiebat ipſius Chriſtianae religionis indole, qua ſenſus a terrenis abstracti ad perceptionem et affectionem quaſi obtuſiores redditi erant, tum, quod τὸ θαυμαςὸν, quod in veteri tragoedia cyclus heroicus, et religionis ratio tantopere promouebat, omnino deſiderabatur. Neque etiam nunc aucta quamuis mirum in modum

dum tragoediae perfectione, ad eum possunt homines assurgere τȣ̃ ἐνϑȣσιάζειν gradum, in quo Graecos spectatores fuisse dubitare non licet. Nam multis nostrum *a*) temere videntur agere, qui personas in scena metrice loquentes faciunt; qua in re Francogallos, Italos, ex parte etiam Anglos excipio, quorum aures metricae orationi magis assuetae sunt; attamen sanae mentis non esse putarent, quos viderent saltando animi commotiones exprimere *b*). Placet igitur sedatius et remissius affectionis genus; ad quod symphoniarum consuetudo, si recte et conuenienter consilio dramatis instituuntur *c*), aptissima

a) Inprimis Engelius (*Ideen zu einer Mimik* T. II.) tot argumentis metricam orationem impugnat, quae omnia refellere facile non sit. Lessingius Dramat. T. II. p. 50. improbat rhythmicum dictionis genus, quoniam res sine testibus gererentur, nec vero simile esset homines, arbitro remoto, tam lectis verbis et tam culta oratione vti.

b) Curt. ad Aristot. Poet. p. 175. *Denn wie kann ich die Tänze solcher Leute entschuldigen, die einen Augenblick vorher mit verzweiflungsvollen Ausdrücken an dem Unglück der Leidenden Theil genommen, und deren eigenes Schicksal bisweilen von dem Erfolge der Handlung abhängt.* cf. eund. p. 119.

c) Consilia cantus instrumentorum melius instituendi dederunt, Gottsched. *Krit. Dichtkunst.* p. 723. et Lessing Dramat. T. I. p. 209. seqq. Cook *Grundf. der Dram. Kritik.* cap. 11. Inter omnia, quotquot sunt, instrumenta musica nullum putem, si tragici sensus instillandi sunt, posse

ma eſt. Praeterea etiam liberat a ſeruili illa et anxia loci et temporis obſeruatione, quae noſtra aetate, qua res dramati materiem praebentes in aedibus magis, quam foras geruntur, cum multo maioribus difficultatibus coniuncta eſt; vt hac in re non poſſim non aſſentiri Eſchenburgio, ſcenarum, quas, neglecta illa cura, tot egregias habemus, multo maiorem fore iacturam, quam chori. Accedit quod ſaltatio apud nos delectationis tantum cauſa exercetur, in religionis cultu, vbi ſerio peragenda eſſet animo, locum non habet; quae ſi reciperetur in tragoediis, futurum eſſet, vt plus obeſſet ſummo fini, quam prodeſſet; praeſertim quum hodie non id agant ſaltantes, vt corporis motu quosdam animi affectus exprimant, ſed vt pernicitate et velocitate admirationem ſui concitent. Externus tragoediae ſplendor, quem ſtrenui chori defenſores inprimis vrgent, non nimis nos afficit, quippe qui modico ſplendore contenti *d*) bonitatem rei et dignitatem magis reſpicimus. Quod recentiorum quorundam Miltonii, Racinii, Voltarii conatus chorum reſtituendi asſenſu qualicunque excepti ſunt, ex eo non poteſt probari, chori vſum noſtra aetate magnum et felicem fore, quum nemo neſciat, quam res nouae, ſi non omnino

poſſe comparari cum harmonica; cuius inuentio vel ſola magni Franklini nomen immortalitati tradit.

d) v. Eſchenb. ad Hurd. in Horat. p. 403. Curt. ad Ariſtot. Poet. p. 118. Leſſing. Dramat. T. II. p. 222. ſeq.

omnino oculos et aures laedant, alliciant animos, quam vero etiam cito interdum alienent. Quis negare audeat, recentiorum tragoediam etiam ſine choro, propulſata nimis ſeuera et religioſa loci et temporis obſeruatione, ad ſummam in ſuo genere perfectionem poſſe perduci? Si chorus receptus eſſet, ſcenicas etiam perſonas non ſolum metrice, ſed etiam ad inſtrumentorum modos recitare neceſſe eſſet, ne nimius inter loquentes et canentes ſaltus exiſteret. Quod vero imitandarum vitae actionum genus, quum oculis et auribus noſtris inſuetum foret, et veritatis legibus repugnans; vt qui patrii ſoli amantes nos non tam facile patiamur in peregrinas regiones transferri: fruamur potius noſtris, de Graecis ſecuri.


III.

NESTORE

FELICISSIMI SENIS EXEMPLO

HOMERVM NON MAGIS DELECTARE

QVAM PRODESSE



EPISTOLA GRATVLATORIA
AD
IOANNEM MARTINVM PFARRIVM
CONSVLEM OLIM APVD NVMBVRGENSES
MERITISSIMVM
A. D. XXIII. NOVEMBR. A. C. CIↃ IↃCC LXXXIX.
SEMISECVLARIA SENATORIAE DIGNITATIS
SOLEMNIA OBEVNTEM
A RECTORE SCHOLAE DESIGNATO
RELIQVIS MAGISTRIS CONGRATVLANTIBVS
MISSA.

Cui non mirum videretur, ſi inter gratulantium vota, quae hodie pro Tua, Venerabilis ſenex; ſalute atque incolumitate nuncupantur, quorumque laetitiam et expectatam diu omnibus et plane ſingularem, ſi licuiſſet, dudum ciues ſibi repraeſentaſſent, ſenſum pietatis atque laetitiae vel non declarare vellent vel etiam ſupprimere, qui

ſum-

ſummam ſemper et beneuolentiam et curam Tuam experti ſunt, ſcholae vrbis magiſtri? Multa ſane ſunt nomina, quibus hi ſe obſtrictos Tibi ſentiunt; in Te patronum venerantur; ſcholae protectorem ſuſpiciunt, colunt amicum; quae officia, licet et aliis communia, eo maiorem tamen induunt ſplendorem et gratiam, quo certius eſt, exquiſitiori diligentia, religioſiori fide et conſtantiori ſolicitudine per tam longam annorum ſeriem ea implere potuiſſe neminem. Et vero tantum abeſt, vt viri tot tantisque fauoris documentis a Te ornati committere poſſint, vt in ſuſpicionem animi ingrati et beneficiorum immemoris incidant, vt obſervantiam ſuam et pietatem, quam Tua merita, vt fructum debitum, a ſe repetere dudum intelligebant, nunc, in hac Te conſpicientes ſemiſeculari ſolemnitate, publice declarandam decreuerint. Me vero quod non tam ſocium gaudii, quod ſolemnitas iſta attulit, eſſe voluerunt, quam eum, qui, quantum ipſis illud eſſet, Tibi indicaret,

expli-

explicaretque, quod animo pio et grato sentirent, eo, si nominanda res esset, quae iucudior mihi potuisset accidere, haberem certe nullam. Ne enim commemorem, Consulem, quo nihil grauius, ciuitatem in Te venerari, multos etiam consiliatorem, quo nihil fidelius, patronum, quo nihil affabilius, patrem, quo nihil benignius, amicum, quo nihil sincerius, in Te se habuisse gloriari; quae nunc quidem aliis me multo disertioribus celebranda relinquo: ego tam insigni a Te ornatum me video beneficio, vt vel illud, quod has gratulantis partes suscipere licuerit, beneuolentiae et curae debeam Tuae. Accipe igitur, Patrone, quod dare possumus, clientes pauperes inopesque, munusculum; in Nestore Graecorum, Tuam, Numburgensium Nestor, accipe imaginem. Diversus quidem ab illo es tempore, natione, munere, negotiis; at animo, studio, cura, opera, fortuna eius simillimus; vt verendum non sit, ne in illo Te simul adumbratum esse non agnoscas. Idem vero illud spem nobis

facit,

facit, munusculum hoc, felicissimi Graecorum senis imaginem, non ingratum Tibi fore: quum vel prouerbio constet, pares cum paribus congregari facile. Ceterum diu adhuc felix sis, Vir annis et meritis Venerabilis, diu hoc solemnitatis gaudio, quo decorata Deus merita Tua voluit, ordine Tuo, ciuibus, amicis, bonisque omnibus fauentibus, fruare. Ad seros vsque annos, quos interesse mortalibus mortali licet, Numen, quod tam benignum expertus es, vitae Tuae terminum proroget, semperque Te saluum atque incolumem, a curis liberum, omnisque generis bonis et commodis cumulatum conseruet; faxit, vt senatus, ciues, schola eiusque magistri, ego denique ipse, ex Tuis consiliis, patrocinio, cura, studiis, beneuolentia diu adhuc fructus percipiamus laetissimos. Vale.

I. Pro-

I.

Prooemium.

Vetus et omnium aetatum calculis comprobata ſententia eſt, poetas non id tantum ſpectare debere, vt lectorem quoquo modo delectent, verum etiam, vt ei, quoad fieri poſſit, proſint, nec honorifico hoc nomine recte quemquam ornari, niſi qui ſemper ſtatutum apud ſe habuerit dulci miſcere vtile. Non defuerunt quidem, noſtra inprimis aetate, homines docti, iique non inelegantes, qui huic ſe ſententiae opponerent, eamque ratam haberi, aut certe pro lege, cui ſe ſubiicere deberent mentes numine plenae, accipi poſſe negarent; nihilominus tamen veri quid illam in ſe continere, nec temere reiiciendam eſſe, quum res ipſa ſperare iubet, tum monent clariſſima optimorum poetarum exempla. Iam me non fugit, eos, qui poſtulant a vate, vt in ſola vtilitate carminibus ſuis conſequenda ſtudium et cogitationem defigat, vt virtutem et coniunctam cum eius cultu felicitatem vnice commendet, vt vbique morum praecepta inſpergat, nec vnquam fides intendere

dere animum inducat, niſi talem ſibi, tanquam primarium, finem propoſitum habeat, eos, inquam, nihil aliud agere, quam vt poetam mutent in philoſophum, hominem rei alicuius vel contemplatione vel cogitatione ſuauiter affectum ab animi affectionis voluptate abstrahant, et ad mentis intentionis ſeueritatem traducant, hanc ſolam pro re homine digna venditent; vt breui dicam, tales homines naturae voluntatem negligere, et dona quaedam praecipua, quae nobis alma illa mater pro ſua munificentia impertiuit, animo ingrato reſpuere. At enim vero tantum abeſt, vt nobis etiam tale quid a vate poſcere in mentem veniat, vt ii, qui tales leges ſancire volunt, quibus poeſin a primario fine, quem ipſa natura ei praeſcripſit, auocant ac detinent, non minus errare videantur, quam qui omnino vtilitatis rationem haberi in artis atque ingenii operibus vetant, et ſolam elegantiam et aptam ſingularum partium cohaerentiam conſiderandam eſſe monent. Quapropter etiam ſtudioſe cauendum eſt, ne alterutra parte excedamus, neue, ſi ſolius vtilitatis rationem habendam arbitremur, multa eaque praeclara ingenii opera poeſeos dignitate excludere cogamur, aut, ſi ad ſolam delectationem ad lectorem redundantem reſpicere velimus, morum probitatem et innocentiam animorum parum videamur curare *). Quod quidem ſine negotio effi-

*) Miram ſententiarum diuerſitatem peperit illud Horatii ad Piſonn. 333.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetae,
Aut ſimul et iocunda et idonea dicere vitae.

Vulgo

efficitur, ſi modo attendamus, qui fons ſit vniverſae poeſeos atque origo; quam ſi inuenerimus, de fine quid ſtatuendum ſit, facile erit decernere.

II. *Quo-*

Vulgo duplicem finem ab Horatio indicatum putant; ſed nemo non intelliget, triplicem potius dici poſſe a critico innui; quod etiam ex Wielandi verſione cognoſcitur:

Des Dichters Zwek iſt zu beluſtigen, *oder*
Zu unterrichten, *oder* beydes zu verbinden.

Finem igitur poetae ſequuntur nunc delectationis, nunc vtilitatis, nunc delectationis cum vtilitate coniunctae: vltimum qui ſpectaret, eum et iunioribus et ſenibus, h. e. omnibus placere, verſ. 342. monet:

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci
Lectorem delectando pariterque monendo.

Non igitur negat, delectandi finem eſſe primarium, ſed potius confirmat: oſtendit enim, vix poſſe fieri, vt *omnes* delectaret poeta, niſi vtile dulci admiſceret. Quum autem in confeſſo ſit, malle poetam *omnes*, quam certam hominum claſſem, delectare: ne ipſe ſibi deeſſe videatur, neceſſe eſt, vt Horatii praeceptum ſequatur. *Vtile* in carmine quid ſit, egregie docet Beattie *Neue philoſ. Verſuche* T. I. pag. 32. *Alles was dazu beyträgt, diejenigen Empfindungen und Neigungen des menſchlichen Herzens zu ſtärken und zu erhöhen, die Wahrheit und Tugend zu begünſtigen, oder die entgegengeſetzten zu unterdrücken, alles dieſes vervoll-*

II.

Quomodo intelligendum ſit, poetam non delectare ſolum debere, ſed etiam prodeſſe.

Si verum eſt, quod nemo poterit negare, poeſin ſermonem eſſe hominis quoquo modo affecti, ac rei cuiusdam adſpectu vel recordatione vel cogitatione fortiter contacti, per ſe planum eſt, finem talis ſermonis non eſſe docere lectorem demonſtrando, commonendo, impellendo, verum, quod ipſe homo hoc vel illo modo affectus ſenſerit, in alterius animo ciere, quo ipſe affectus eſt modo, eo illum etiam afficere, atque adeo in ſimilem admirationem, miſerationem, timorem, amorem rerum a ſe cogitatarum et deſcriptarum abripere. Quem quidem finem poeta, qua poeta, ſpectat, atque ſpectare debet, fortaſſe etiam neſcius, cuicunque poeſeos generi operam nauandam decreuerit. Si regum ducumque geſta heroico carmine celebrat, non tam narrare vult, quam lectores in admirationem narratorum factorum coniicere. Si actionem aliquam dignam et grauem in theatro imitando exprimi iubet, hoc maxime agit, vt miſeratio-

kommt unſere Herzens- und Geiſteskräfte, und kann daher in einem nicht uneigentlichen Sinne unterrichtend genennt werden. Cf. eund. p. 39. ſeqq. et Wielandum in Comment. *Ueber das Verhältnis des Angenehmen zum Nützlichen:* in ſeinen kleinen proſ. Schriften p. 1. ſeqq.

serationem et timorem in spectatorum animis concitet. Ridiculum quid sit in quibusdam hominibus, si monstrare in scena satagit, eundem risus modulum, quo ipse aliquando tenebatur, in spectatore mouere gaudet. Sic lyricus vates numerorum suorum vehementia fortes et grandes; elegiacus contra lenitate modorum molles et suaues sensus lectori instillare cupit. Ne illum quidem ab animi affectione, et cupiditate alios afficiendi liberum iudico, qui de industria carmine docet, atque adeo nomen a docendo carmini suo dicit. Finis igitur primarius, quem poeta, qua poeta, spectare cernitur, quemque ipsa natura praemonstrauit, semper hic est, vt vates eum affectionis modum, quem in se senserit, aliis initiat, vt alios etiam rei alicuius admiratione, timore, detestatione, amore irretiat, et in natam inde voluptatem pertrahat. Hoc est illud *dulce*, cui misceri iubet Venusinus criticus *vtile*, quodque ne tristissimis quidem animi affectionibus tollitur, quum natura hominis ita ferat, vt vel ex his voluptatem quandam percipiat *). His praemissis, paucis licebit

*) Hurdius ad Horat. Ep. ad Pisonn. p. 107. ex versione Eschenb. *Man muss auch das bedenken, dass alle die unangenehmen Leidenschaften, zu der Zeit, wenn wir von denselben beunruhiget werden, ja so gar, wenn gleich die Veranlassungen gegenwärtig und wirklich sind, mit einem geheimen Wohlgefallen vermischt zu seyn pflegen. Es scheint, die Vorsehung habe, aus Mitleid gegen das menschliche Gefühl, zugleich mit unserm Kummer, eine Art von Balsam in die Seele gegossen, um diese bittern*

bit expedire, quae ratio ſit, qua huic *dulci* miſceatur *vtile.* Scilicet hoc vnum requiritur, vt poeta, hoc eſt, homo aliquo modo affectus, et alios afficere cupiens, ſit vir bonus atque honeſtus; qui ſi fuerit, nihil admirabitur, niſi quod magnum et arduum aut a generoſo ac forti animo geſtum ſit; nihil timebit, niſi quod ſapienti timere conueniat; nihil miſerabitur, niſi quod miſeratione dignum iudicet optimus quisque; nihil amore proſequetur, niſi quod habeat in ſe virtutes vel ſapientiſſimum ad amorem inuitantes; nihil odio habebit, niſi quod omnium bonorum odium commeruerit *). Sicut autem in tali poeta, qui vir bonus eſt atque honeſtus, eiusmodi affectus moderati ſunt et ſic ſemper directi, vt bonitatis et honeſtatis laudi non detrahant, ita fieri nequit, vt hic tales in aliis affectus concitare, concitatosque nutrire geſtiat, qui animorum innocentiae obeſſent, et virtutis ſtudium hebetarent. Homo, qui bona praeditus

bittern Ingredienzien gleichſam zu mildern und zu verſüſsen. Eſchenburgius quidem p. 390. haec, vtpote in vniuerſum dicta, locum habere negat, et ad mixtas tantum animi affectiones reſtringenda cenſet (coll. quae Mendeliſilius docuit in philoſ. Schriften T. II. p. 28.): at eodem tendit, qui multo clarius et acutius omnem rem expoſuit, Kindervaterus, *Ueber das Angenehme an traurigen Vorſtellungen;* in Caeſars Denkwürdigkeiten aus der philoſophiſchen Welt, T. V. p. 95. ſeqq.

*) Hanc in rem omnino conferri debet Heynii Commentatio *de morum vi ad ſenſum pulchritudinis, quam artes ſectantur,* in eius Opuſc. T. I. p. 1. ſeqq.

tus eſt animi indole et morum caſtitatem tuetur, ſi alios afficere laborabit, ſemper honeſtatis rationem habebit, et neſcius, ſine arte, ſolius naturae ductu et indolis ſuae impulſu, dulci vtile miſcebit.

Per ſe igitur planum eſt, hanc vtilitatem, quam poeta cum delectatione coniungit, alio modulo metiendam eſſe, quam eam, quae in philoſophorum ſcriptis cernitur. Non ſine riſu audiri poteſt, fuiſſe, qui in Anacreontis odariis ethices ſyſtema reperiſſe ſibi viderentur; alios contra, eiusmodi cantilenas, quas probe intellexerant, parum vel nihil ethices in ſe continere, prorſus eliminatas voluiſſe, vtpote nociuas magis, quam vtiles. Quam quidem iudiciorum diuerſitatem ſi quis ex ignoratione principii omnis poeſeos repetendam exiſtimat, nae is non verendum habet, ne iniuriam alterutri parti faciat. Quiuis enim, qui quidem a ſenſu veri et pulchri non prorſus alienus eſt, ſcire debet, tales poetas, qui leuioribus rebus inhaerent, non tamen vilibus iis ac turpibus, ſed honeſtis et homine dignis, hisque quid ſuaue, iucundum, amabile venuſtumque inſit, carmine ſuo exhibent, et ſic, quantum ipſis cogitatio illarum voluptatis peperit, tantum aliis impertire volunt, eos ſatis iam prodeſſe, ſi non noceant. Saepius enim momenta incidunt, vbi eiusmodi carminum lectio, etiamſi conſequens inde delectatio vſu videatur carere, vſum tamen haud ſpernendum praeſtet; niſi forte illud vtile non ſit, animum grauiorum rerum cogitatione diu intentum, tam honeſto modo la-

xare

xare *). Et quaerere liceat, vbi ſit iſte corruptus iuuenis, qui Teii vatis, vel Germanorum Anacreontis, Gleimii, cantilenis ſe corruptum poſſit vincere. Certe qui non antea omni libidinum genere initiatus et omnibus flagitiis innutritus fuerit, quam ad talem lectionem accederet, eius, ſpero, animi integritas et caſtitas morum ſalua inde euadet et incolumis. At illos procul abeſſe iubeat iuuenis, illos, tanquam profanum vulgus, odio habeat et arceat, qui flagitia et ſcelera commendant, et tam iucundis et ſuauibus coloribus adumbrant, vt vel bene compoſitum pectus moueant, aut, qui eo procedunt, vt ſine ambagibus ſpurciſſimas res ſuis quamque coloribus expingant, ac ne tantillum quidem pudoris rationem habeant, qualem ex veteribus vnum tantum nominare liceat, Stratonem; recentiorum vtinam nomina ſupprimere poſſem, quos Gallia èt Germania, fungorum inſtar, emiſit, quorumque venenum non forbillat iuuentus, ſed auide haurit. Sic Blumaueri carmina, quae *in Stomachum, Ventum, Solem, Sellam familiaricam* effutiuit, etſi non noceant, talem tamen partum exiſtimo, quo fecundum viri celeberrimi ingenium nihil eniti potuiſſet infelicius. Quanquam enim, dum legimus ea, ſaepius in cachin-

*) Natura hominis ſubacto pulchri ſenſu ingenio ita fert, vt breue eſſe tale carmen cupiat, nec multa vno tenore legere velit; Anacreontis, Sapphus, Gleimii odaria, Theocriti et Geſneri idyllia id hic cenſet eſſe animo, quod dulciaria corpori. Mihi quidem non adeo magnam de ſe iniiceret quisquam opinionem, qui ſe vno die Anacreontem perlegiſſe affirmaret.

chinnum erumpimus, a quo ſe vel Catonis virtus non poſſet continere, tamen, vbi ex manibus abiecimus, dolemus, quod ab homine affici nos paſſi ſumus ab omni affectione alieno, et tam lutoſis, quibus optimas res inquinauit, delectari ſiuimus coloribus. Sed ne vlterius in hunc campum excurram, libelli anguſtia prohibet.

III.

Epicam poeſin ad delectationem et vſum eſſe aptiſſimam, id Homerum quum alias, tum Neſtoris perſona probare.

In confeſſo eſt, inter omnia poeſeos genera nullum, vt dignitate ſuperius, ita aptius quoque eſſe ad vtile miſcendum dulci, quam epicum: hoc enim, quum ſit narratio, et quidem narrationis genus praeſtantiſſimum, omnibusque virtutibus, quae huic generi ineſſe posſunt, ornatum cumulatumque, exempla proponit factorum illuſtrium, quae veroſimile eſt admirationem ſui concitare, et digna iudicari laude atque imitatione, ita quidem, vt non tam hiſtoriae partes ſubeat, et, quid factum ſit, memoriae prodat, quam vt phantaſiae res et perſonas ſubiiciat, vt ſuis oculis agentes videre, ſuis auribus loquentes audire lector ſibi videatur. Quanta inde delectatio in rerum magnitudine et grauitate, in difficultatum obiectione et remotione, in morum varietate, quibus perſonae

ſonae diſtinguuntur, ſequatur neceſſe eſt, tanta poteſt ad unumquemque, qui recte ad lectionem poetae acceſſerit, redundare vtilitas. Certe omnis exempli documenta in illuſtri monumento poſita intueri licet; inde cuique ſibi, quod imitetur, capere; inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vitet. Accedit, quod poeta non hiſtoriae fidem ſumma religione ſequi tenetur, ſed liberius agere poteſt, et minus apta ad finem omittere, quae ordinem magis perſectum, maiorem vim, magnitudinem ad mouendum magis idoneam ſpondent, confingere, conficta ſuo quaeque loco inſerere, et ſic totum efficere plane admirabile; ita, vt multo perſectiora et illuſtriora omnia in phantaſiae opere admirari liceat, quam in natura rerum, vnde illa expreſſa ſunt, conſpicere *). Itaque non

*) Baco de Augm. Scientt. lib. II. cap. 13. p. 80. Opp. T. I. *Quum mundus ſenſibilis ſit anima rationali dignitate inferior, videtur poeſis haec humanae naturae largiri, quae hiſtoria denegat; atque animo vmbris rerum vtcunque ſatis facere, quum ſolida haberi non poſſint. Si quis enim res acutius introſpiciat, firmum ex poeſi ſumitur argumentum, magnitudinem magis illuſtrem, ordinem magis perfectum, et varietatem magis pulchram, animae humanae complacere, quam in natura ipſa, poſt lapſum, reperiri vllo modo poſſit. Quapropter quum res geſtae et euentus, qui verae hiſtoriae ſubiiciuntur, non ſint eius amplitudinis, in qua anima humana ſibi ſatisfaciat, praeſto eſt poeſis, quae facta magis heroica confingat. Quum hiſtoria vera ſucceſſus rerum minime pro meritis virtutum et ſcelerum nar-*

non mirum eſt, Homerum, epicae poeſeos patrem et principem, in tanto fuiſſe apud veteres honore, vt homines doctrinae et artium famam quandam adepti ex eo ſe conformaſſe puta-

narret; corrigit eam poeſis, et exitus et fortunas ſecundum merita et ex lege Nemeſeos exhibet. Quum hiſtoria vera, obuia rerum ſatietate et ſimilitudine, animae humanae faſtidio ſit; reficit eam poeſis, inexpectata, et varia et viciſſitudinum plena canens: adeo, vt poeſis iſta non ſolum ad delectationem, ſed etiam ad animi magnitudinem et ad mores conferat. Quare et merito diuinitatis particeps videri poſſit, quia animum erigit, et in ſublime rapit, rerum ſimulacra ad animi deſideria accommodando, non animum rebus (quod ratio facit et hiſtoria) ſubmittendo. Qui Philoſophi locus decantato illi Stagiritae Poet. IX. interpretando poteſt inſeruire, qui vsque ad Leſſingium inſuperabilis interpretum et criticorum crux fuit. Ὁ γὰρ ἱςορικὸς καὶ ὁ ποιητὴς ȣ̓ τῷ ἢ ἔμμετρα λέγειν ἢ ἄμετρα διαφέρȣσιν· — ἀλλὰ τȣ́τῳ διαφέρει, τῷ τὸν μὲν τὰ γενόμενα λέγειν, τὸν δὲ οἷα ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον καὶ σπȣδαιότερον ποίησις ἱςορίας ἐςίν· ἡ μὲν γὰρ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλȣ, ἡ δ' ἱςορία τὰ καθ' ἕκαστον λέγει. ἔςι δὲ καθόλȣ μὲν, τῷ ποίῳ τὰ ποῖ' ἄττα συμβαίνει λέγειν ἢ πράττειν, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ ἀναγκαῖον, ȣ̔ ςοχάζεται ἡ ποίησις ὀνόματα ἐπιτιθεμένη· τὰ δὲ καθ' ἕκαςον, τί Ἀλκιβιάδης ἔπραξεν, ἢ τί ἔπαθεν. Sed vberiorem loci explicationem vid. ap. Leſſing. in Hamburg. Dramaturg. Part. II. p. 289. - 344. coll. Hurd. ad Horat. Ep. ad Piſonn. 317. Shaftesbury Caracteriſtiks T. I. 112. ſeqq. et Beattie Neue philoſ. Verſ. T. I. p. 89. ſeqq.

putarentur, et multi adeo vere ſe ex eo conformarent. Notum eſt, reges imperare, duces bella gerere, vrbes expugnare et victoriam reportare ex eo didiciſſe; regnorum conditores prudentiam ciuilem ex eo hauſiſſe, legislatores leges, philoſophos praecepta morum, alios alia. Vnde iam antiquitus fuerunt, qui non tam ingenii ac phantaſiae opus in Homeri poematis, quam ſyſtema ethices, fictionibus exornatum, deprehendere ſibi viderentur *). Quod ſane mirum videri poſſet, niſi recentioribus etiam temporibus, vbi de pulchro et vero ſaniora iudicia audire licebat, homines reperti esſent, qui omnia ad vſum, nihil ad delectationem a vate conditum perſuadere nobis vellent **). Multum tamen ad hunc erro-

*) Primus fuit Anaxagoras, qui ſtatuit Ὁμήρου ποίησιν εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, vid. Diog. Laert. in vit. Anaxag. lib. II. p. 86. Sic Metrodorus Lampſacenus allegorice omnia explicanda eſſe docuit, vt ex Tatiano adv. Gent. c. XXXVII. intelligimus: καὶ Μετρόδωρος, ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου λίαν εὐήθως διείλεκται πάντα εἰς ἀλληγορίαν μετάγων. οὔτε γὰρ Ἥραν — τοῦτ' εἶναι φησὶν — φύσεως δὲ ὑποστάσεις καὶ στοιχείων διακοσμήσεις. Καὶ τὸν Ἕκτορα δὲ, καὶ τὸν Ἀχιλλέα δηλαδὴ, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ πάντας ἁπαξαπλῶς — χάριν οἰκονομίας ἐστὶ παρεισῆχθαι οὐδενὸς ὄντος προειρημένων ἀνθρώπων. cf. Phauorin. ap. Diog. Laert. l. c.

**) E. g. Gerh. Io. Voſſius de artis poeticae natura C. 9. §. 1. pag. 52. Gisbertus Cuperus in Apotheoſ.

errorem vel committendum, vel propagandum et retinendum contulerit Horatii ſententia, in epiſtola ad Lollium:

Troiani belli ſcriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romae, Praeneſte relegi;
Qui quid ſit pulcrum, quid turpe, quid vtile,
quid non,
Plenius ac melius Chryſippo et Crantore dicit.

Quem quidem Horatii locum vberius explicare nunc non vacat: monere tantum licet, ſubtiliſſimum illum criticum nequaquam putaſſe, vſum primarium poetae ſcopum eſſe, ſed optime vidiſſe, hunc ſecundarium tantum poſſe conſtitui, quem poeta, non vt poeta, ſed vt vir bonus atque honeſtus ſpectaret, et ſpectare deberet; vnde Homerus, quem optimum et honeſtiſſimum pro aetatis conditione virum, ſcripta eius loquuntur, non potuiſſet, quin ethica praecepta, et bene beateque viuendi regulas, carminibus ſuis, tanquam floſculos, intexeret. Quod etiam ex alio critici loco clarius perſpicitur, vbi miſceri iubet, vtile dulci, non dulce vtili; delectationem igitur praecipuum ei in carmine viſum fuiſſe quis dubitet *)? Vtrumque finem et delectationis et vſus poetam praeclare conſecutum eſſe, multis poſ-

theoſ. Homerica, p. 99. ſeq. et Pater le Boſſu in Traité de Poëme epique, p. 29 ſeqq.

*) cf. ſupra p. 96. ſeqq. not.

possemus probare et illustrare exemplis, Agamemnonis, Achillis, Hectoris, Vlyssis, et aliis aliorum: in omnibus copia delectandi est; in omnibus etiam, quod prodest; certe vbique, quod imiteris, reperies, vbique, quod vites *). Verum in Nestoris persona acquiescendum decreuimus, tum, quod nihil est in omnibus Homeri scriptis vel suauius et iucundius, vel etiam vtilius et imitatione dignius, tum, quod eiusmodi argumentum cum ea occasione, qua hunc libellum scripsimus, quaeque omnibus et iucundissima accidit et expectatissima, optime videbatur congruere.

IV. *Quo-*

*) Beattie N. phil. Vers. p. 120. *Es ist ein Beweis so wohl von der reichen fruchtbaren Phantasie, als der richtigen Beurtheilungskraft des Homers, dass er in alle seine schlimmen Charaktere einige gute, und in alle gute, einige böse Eigenschaften einmischt.* — p. 125. *Durch diese Mischung des Guten und Schlimmen, der Tugend und Schwachheit in der Zusammensetzung aller seiner Charaktere, macht er sie der wirklichen menschlichen Natur, wie wir sie sehen, annähernder und zu nützlichern Beyspielen unserer Besserung* Nec obstat vsui a nobis percipiendo, quod aetas, qua vel poeta cecinit, vel qua res gestae perhibentur, nimis a nobis remota est: etenim tales, quales Homerus dedit, omnes omnium aetatum homines delectant, omnium animos ad se rapiunt, omnium admirationem concitant: quippe eiusmodi virtutibus excellunt, quae non a certis aetatibus, certis regionibus, certis imperii formis, aut aliis rebus pendent, sed quae naturae probantur legibus, harumque auctoritate per omnia secula locum suum tuentur. Cf. Beattie l. c. p. 98.

IV.

Quomodo poeta Neſtoris perſona delectet.

Quum principium et baſis delectationis in carmine epico ſit admiratio, non nuda illa quidem, alias affectiones, quae ſe forte immiſceant, prorſus excludens, ſed illa, quae vel cum ira et odio, vel cum timore et miſeratione, vel cum amore et gaudio, vel aliis lenioribus animi motibus coniuncta hominem iucundiſſimo modo afficit et varia voluptate perfundit; nemini dubium erit, quin poeta in Neſtoris etiam perſona, tam inſigni carminis ſui ornamento, habuerit, quod et ipſe cum delectatione admiraretur, et quod alios admirari, et orta inde voluptate perfrui vellet. Non tamen magna opus eſt ingenii acie, vt intelligamus, poetam non potuiſſe Neſtorem admirari, aut alios ad eius admirationem compellere, ſi tales in eo animaduertere liceret mores, quales Horatius in ſene notari iubet:

Multa ſenem circumueniunt incommoda, vel quod
Quaerit, et inuentis miſer abstinet, ac timet vti,
Vel quod res omnes timide, gelideque miniſtrat,
Dilator,

Dilator, ſpe longus, iners, auidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, caſtigatorque minorum.

At vbi haec in Homeri Neſtore? vbinam incommoda, quae eius ſenectutem circumuenirent? vbinam quaerit, et inuentis abſtinet timetque vti? quas tandem res timide gelideque miniſtrat? Quis videt eum differre, ſpe longa obtentari, inertem eſſe, et auidum futuri? Cui difficilem ſe praebet? Qua in re querulus apparet? Vbi tandem laudatorem temporis acti ſe puero, cenſorem caſtigatoremque minorum in eo deprehendere licet? Aut Homerus mirum quantum a naturae tramite deflexit, quod alia omnia in Neſtore animaduertenda dedit, aut Flaccus errorem commiſit, quod tales a poetis ſenes ſiſti voluit. Neutrum tenet: vterque, poeta aeque ac criticus, omne punctum tulit; hic, quod ſenes, vt ſunt plerumque, miſeros exhiberi iuſſit, ille, quod talem dedit ſenem, quales eſſe poſſunt, ſolito perfectiorem. Ante omnia enim hoc tenendum eſt, Horatianum ſenem, non ad epicum carmen, ſed ad ſcenam et drama pertinere, et ita comparatum eſſe debere, vt cum legibus et fine illius poeſeos generis conueniat, vt vel timorem et miſerationem, quae affectiones in tragoedia principe loco veniunt, in animis ſpectatorum ciere, aut riſu iucundo ac moderato, quem comoedia nobilioris generis ſibi vindicat, recreare eosdem poſſit. Homericus contra ſenex talis eſt, qualem epicae poeſeos requirit dignitas, qui nihil habet, quod miſeratione tua ornes; pa-

rum, quod timendi materiem praebeat, qui omnium minime ad risum te compellat, plurima contra dicat faciatque, quae in admirationem sui te vel nolentem abripiant, hoc est, in eam affectionem, in quam tanquam scopum praecipuum epica poesis collineat. Facile igitur est videre, talem senem, qualem in Nestore habemus, qualemque, quum rarissimum sit felicis ac vegetae senectutis exemplum, non possumus, quin admiremur, in dramate non eam habiturum esse vim, quam Horatianum illum, incommodis quibusdam, ab homine euitandis, circumuentum; hunc contra in dramate timore et miseratione atque adeo risu delectare posse, ad admirationem autem sui in epico carmine concitandam et parandam inde lectori voluptatem prorsus esse ineptum. Sed Homericum senem videamus.

Vbi, coorta inter Achillem et Agamemnonem acerrima contentione, ille minatur, se domum reuersurum et belli laboribus, quos sine se non sustineri, nedum superari, posse significat, se prorsus subtracturum, venerabilis hic senex, miseria Graecorum, hanc altercationem et discessionem fortissimi heroum consecutura, grauiter commotus iuuenili igni et spiritu ad animos illorum reconciliandos prorumpit *), ita vt

*) ἀνόρουσεν, Iliad. α, 248. vbi Schol. Min. πῶς οὖν τὸ ἀνόρουσεν ἐπὶ τῷ Νέστορι ὁ ποιητὴς τῷ ἐξώρῳ ἤδη ἐχρήσατο, ἐπὶ νέων γὰρ εἰκὸς ἦν τοῦτο λέγεσθαι; καὶ ῥητέον, ὅτι τὸ προνοητικὸν τῶν ὁμοφύ-

vt eum, quem supra septuaginta annos vixisse edocemur *), vix trigesimum attigisse crederes. Non gracilis ac tremula in illo vox, quae incommodorum cumulum in senectute non raro auget, sed acuta et melle dulcior ex labiis fluens **). Summa in eo est exercitatio dicendi, a qua inde a iuuentute sua nunquam abhorruit; quam comitantur mira et prudentia et experientia rerum; auctoritas apud omnes maxima. Attonita eum circumstat Achiuorum turba, et hiante ore, quid dicat, auscultat; audit dicentem Achilles, quamuis ira aestuans, audit iratus Agamemnon. At tantum abest, vt sibi gratum aliquid accidere hac animorum intentione

et

ὁμοφύλων, νεανικὴν αὐτῷ περιτίθησι κίνησιν· οὐδὲ γὰρ γέροντα κυβερνήτην μέμψοιτο ἄν τις κινδυνεύοντος σκάφους ὑπὲρ τὸ δέον κινούμενον.

*) Duas eum transegisse dicit poeta *γενεὰς*, et tertiae imperare, Iliad. *α*, 250. Odyss. *γ*, 245. Ouidius generationi centum annos tribuit, Metam XII, 188. vt etiam Tibullus IV, 1, 49. Naevius ap. Gell. N. A. XIX, 7. *trisaeclisenem* eum vocat. Sed tutissimum est, *γενεὰν* triginta annorum spatium accipere, cum Plutarch. Schol. Min. et Hesychio; cf. Wesseling. ad Herodot. p. 173. Quum igitur duae generationes Nestori dicantur occidisse, ipse vero tertiae imperare: sequitur, vt senex fuerit septuagenarius.

**) Cato apud Cic. de Senect. 9. *Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto, in senectute, quod equidem adhuc non amisi; et videtis annos; sed tamen est decorus sermo senis, quietus et remissus, facitque persaepe ipsa sibi audientiam diserti senis comta et mitis oratio.*

rat, interfecit *). In bello, quod paulo poſt inter hos populos exarſerat, contra patris voluntatem, qui, vt eum a pugna arceret, equos abſcondiderat, pedes ſe praelio immiſcuit, et Mulium, qui ſummae hoſtium praeerat, haſta proſtravit, eiusque currum praedam abegit. Alios deinde quinquaginta currus, vna cum equis, cepit, ad quorum quemque duos etiam bellatores concidit; Actoris quoque filios ſubegiſſet, fortiſſimos iuuenes et ſtrenuos bellatores, niſi Neptuni interuentu euaſiſſent **). Quum aliquando a Lapithis hoſpitio exceptus eſſet, iisque cum Centauris eſſet pugnandum, non extimuit immanes iſtas belluas, ſed talem ſe praeſtitit fortiter pugnando, qualem eorum, quibus nunc ſe cinctum videt, ſi quis vellet, poſſe audacter negat ***). At non in bello ſolum, victoria ſaepius reportata, claruit, verum etiam in pacis exercitiis. Quum in Amaryncei, Bupraſiorum regis, funere, vt mos erat, ſolemnes dantur ludi, omnes, quotquot ex Pylo, Elide et Aetolia venerant, pugiles, luctatores, curſores, iaculatores, ſuperauit, pugilatu Clytomedem, lucta Ancaeum, curſu Iphiclum, arte iaculandi Phyleum et Polydorum, curſu tantum praemium non tulit ab Actoris filiis praereptum *). Iam facile intellectu eſt, quomodo in ſumma ſenectute ad Troiam proficiſci, et

*) Iliad. λ, 669 - 675.

**) Iliad. λ, 706 - 751.

***) Iliad. α, 260. ſeqq.

*) Iliad. ψ, 630.

et Achilli rixantibus pacis et concordiae ſtudium commendat, et quantum detrimentum rebus futurum eſſet, ſi ſibi non parerent, ita iis inſinuat, vt vel in hoc vno ſpecimine et oratorem et virum prudentem, et bonum hominem agnoſcas *). In ducum conuentu, vbi Agamemnon ſomnium expoſuit, auctor eſt, vt morem ſomnii dictis gerat, et exercitum contra Troiam educat; qua quidem in re fallitur, vt iam ante lector nouit, et omnes poſtea intelligunt, at non temere facit, quum ipſe ſignificet, niſi rex regum eſſet, qui id narraſſet, quemque, quum Iupiter eum tueretur, ſomnium non poſſet decipere, ſe de veritate eius eſſe dubitaturum. Eadem conſtantia in populi concione bellum continuandum cenſet **). Hectore fortiſſimos quosque ad certamen prouocante, quum nemo reperiatur, qui pugnam inire cum eo audeat, ſed omnes terrore percuſſi impetus eius fugiant, hic ſuo exemplo et auctoritate efficit, vt nouem heroes, in quibus Aiax, ſurgant, et cum Hectore dimicare geſtiant; ſors autem, cui ſenis noſtri conſilio electionem permittunt, Aiacem ad pugnam ſubeundam deſignat ***). Eadem auctoritate conſequitur, vt naues vallo et muro circumdent, quo ſe ab hoſtium incurſione tutiores praeſtent *). Quum Agamemnon, rebus minus proſpere geſtis, ſignificat, ſe domum

*) Iliad. α, 251. ſeqq.

**) Iliad. β, 9. 53. 74. et 405. ſeqq.

***) Iliad. η, 123. ſeqq.

*) Iliad. η, 325.

mum cum classe redire velle, Nestor animose obnititur, eumque hortatur, vt excubias agi iubeat, et cum Achille in gratiam redeat; sic, quum Hector per fossam et murum irrupit, et Agamemnon, impetum illius reprimi posse desperans, iterum se fugae accingit, idem, qui intrepidus eius animus, auctor est, vt remaneat, et hosti se obiiciat *). Quum semper prouidus sit, nec carius quidquam habeat et antiquius, quam suorum salutem, speculatores in Troianorum castra mitti iubet, ex quibus, quid agerent illi, quidue pararent, citius acciperet, quo consiliis posset occurrere **). Quam teneat belli artem, ex hoc iam cognoscitur, quod equites primum ordinem seruare, hos pedites sequi iubet, ignauos autem milites in medio collocat, quo et hi pugnare cogantur ***). Non minor prudentia in eo elucet, quod exercitum secundum gentes et familias dispescendum esse docet, tum, quod acrius pugnarent, quum gens genti, familia familiae opem ferre properaret, tum, quod magis appareret, quae gens quaeue familia ceteras pugnandi ardore vinceret *). His tam variis curis distractus, belli tumultu et clamore obtusus, in rerum etiam in posterum gerendarum cogitatione defixus, non tamen adduci se patitur, vt

*) Iliad. ι, 52. et ξ, ab init.

**) Iliad. κ, 204.

***) Iliad. δ, 297.

*) Iliad. β, 360.

vt humanitatis officia negligat: qua enim sedulitate et misericordiae sensu Machaonem, quem vulnere laborare cognouit, in tentorium reuehendum curat, vt sanari possit *)! Non igitur est, quod miremur, Agamemnonem optare, vt decem Nestoris similes habeat, nec dubitare, si acciderit, quin Troiam breui sit capturus **). Quis enim, quin cum Graeciae duce eiusmodi viris, tali prudentia, tanta rerum peritia, animoque tam imperterrito, omnia et maxima geri posse intelligat? Nonne omnia, quae in eo cernuntur, sunt admirabilia? Siue corporis vires respicias, siue ingenii dotes expendas, nihil invenias, quod non in admirationem rapiat, nihil, quod non animum perfundat delectatione.

V.

Quomodo Homerus Nestoris persona prosit.

Male intellecta essent, vt iam supra monitum, poeseos tum alius cuiusuis, tum epicae praecepta, quae natura vatum mentibus iniungit, si expectaret quispiam a poeta, vt omnia, quae ad virtutem et morum probitatem pertinent, regulis quibusdam comprehenderet, et lectorem, quid agere debeat, quidue fugere, car-

*) Iliad. λ, 536.

**) Iliad. β, 371. cf. Cic. de Senect. cap. 10.

cetur, hunc igitur non voluisse alios commonefacere, vt ad senis se laudabile exemplun componant, et eadem facilitate et tranquillitate animi e vita discedere discant, sed, quod ipse aliquando, talem senem morti proximum videns, in se senserat, id in aliis etiam ciere, eademque eos voluptate perfundere. At vero, licet alium finem pictor haberet, quam qui in monendo versatur, cui tamen picturam eius contemplanti non votum surrepit, vt sibi eadem pace vitae cursum finire liceat? cui non desiderium subnascitur, vt, morte appropinquante, eodem animo filiis nepotibusque vale dicere possit? Sicut igitur in pictura quasi furtim eiusmodi vota ac desideria inter voluptatis perceptionem se in animum inferunt, ita in Homeri carmine, si Nestoris personam, iucundissimam picturam, animo contemplamur, nec opinanter, dum admirationis voluptate tenemur, in votum deferimur, vt et nobis tam vegeta et facili senectute frui liceat *). Abesse enim videmus

*) Natura ita comparatus est homo, rationale animal, vt, si animaduerterit alicubi perfectiones morales, eas aeque admiretur, et simili modo iis delectetur, ac pulchritudine et elegantia in corporibus. Quam in rem egregie Shaftesbury in *An Inquiry concerning Virtue and merit;* Caracteristiks Voll. II. p. 29. *It is full as impossible to conceive, that a rational creature coming first to be tried by rational objects, and receiving into his mind the images or representations of justice, generosity, gratitude, or other virtue, should have no* liking *of these,* or dislike *of their contraries; but be found absolutely indifferent towards whatsoever is presented*

cogere detrectat; vt Diomedes, vigilantiſſimus ille et poſt Achillem et Aiacem fortiſſimus heros, ei nimium ſtudium et nimiam ſollicitudinem obiiciat *). Quamquam non ſemper conſiliis ſuis efficit, quod animo exoptat, ſaepius tamen non ſine ſucceſſu eſſe monita ſua videt. Sic eo intercedente Agamemnon ad Achillem mittit, qui ſe illi reconcilient rogentque, vt Hectorem, tantopere in Graecos ſaeuientem, opprimat; cui conſilio, fideli ſane et prudenti, etſi exitus non reſpondet, quae irae Achillis pertinacia, conſequitur tamen, vt Patroclo hic permittat, vt ſuis armis indutus Hectori obuiam procedat. Quo facto maximae miſeriarum parti finem impoſitum eſſe, poſtea cognoſcimus, vbi Achillem, quum audiuerit Patroclum, amicum et ſodalem ſuum, ab Hectore occiſum eſſe, vt iniuriam vlciſcatur, ipſum ſe videmus praelio accingere, et peſtem illam Graecorum conficere **). Sic ſaepius ſenex noſter animos ducum demiſſos et perturbatos, ſermonis ſui ſuauitate et grauitate erigit et confirmat; ſaepius ad fugam paratos dehortatur, efficitque, vt magno et imperterrito animo hoſtem excipiant. Eius

*) Iliad. κ, 164.

**) Recte monet Boiuinus, in Comment. *Vieilleſſe Heroique, ou Viellards d' Homere,* quae extat in Memoires de l' Acad. des Inſcript. T. II. p. 18. ſeqq. Graecos, quod per Achillem ab Hectoris furore liberati eſſent, non minus Neſtori acceptum ferre, quam Achilli; et inſigni quodam poetae artificio factum eſſe, vt, cui illuſtrando tantum ſtudii dicaſſet, is eo etiam emineret, vt cauſa eſſet liberationis.

Eius consilio et sententia acies instruuntur, custodes disponuntur, speculatores emittuntur. Multo itaque honoratior et nobilior eius senectus est, quam Laertis et Pelei, quorum hic domi residens pacis studia suos docebat et iura dabat, ille agrum colebat et arbores serebat; quamquam ne hi quidem pro vilibus et abiectis a quoquam habendi sunt *). Videmus igitur in Nestore, *vt senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa et semper agens aliquid et moliens, tale scilicet, quale cuiusque studium in superiore vita fuit.*

Nec hoc, quod altero loco in senectutis vitiis ponitur, scilicet eam corpus facere infirmius, in sene Homerico animaduertitur: multum

*) Non possum assentiri Plutarcho tract. *εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον* T. II. p. 788. *Οὕτω δὴ σεμνόν ἐςι θέαμα πρεσβύτης λέγων τι καὶ πράττων καὶ τιμώμενος· — τῦτο δὲ ἀμέλει καὶ Ὅμηρος διδάσκει τὺς ὀρθῶς ἀκύοντας. ὁ μὲν γὰρ Νέςωρ ςρατευόμενος ἐν Τροίᾳ, σεμνὸς ἦν καὶ πολυτίμητος, ὁ δὲ Πηλεὺς καὶ Λαέρτης οἰκυρῦντες ἀπερρίφησαν καὶ κατεφρονήθησαν.* Nec enim video, qui Laertes et Peleus contemni a quoquam possint, quod in bellum profecti non sunt; an turpe est seni, arbores serere, quae alteri seculo prosint? num inhonestum domi imperii res curare, et quae corporis viribus facere non possis, consiliis gubernare? Meliora viderunt Euripides et Cicero, quum hic inprimis agriculturam et arborum plantationem senibus commendet, ille autem talem dederit in Andromache Peleum, qualem contemnere possit nemo.

tum enim pristini roboris residet, quod exercitatio et temperantia conseruauit. Somnum potest oculis abstergere, nec verendum ei est, ne ad res bellicas et ducis officia obeunda tardus reddatur atque ineptus; pedibus castra percurrit, non interdiu solum, sed etiam noctu, nec vnquam in querelas propter defatigationem erumpit. Equos et currus eadem agilitate ac celeritate regit, qua alii heroes, iuuentutis flore gaudentes; quid, quod contra Hectorem, terribilem heroem, egredi non dubitat? Saepius quidem non potest, quin praeteritorum annorum vigorem, et pristinum corporis robor sibi exoptet *); at tantum abest, vt vilis atque contemta haec vox habenda sit, vt Milonis Crotoniatae, eius, qui nunquam ex se, sed ex lateribus et lacertis suis nobilitatus erat, et quum senex athletas in curriculo se exercentes videret, illacrymans lacertosque adspiciens dixit: *At hi iam mortui sunt.* Quamquam enim nobilis senex semper habet, quo virium defectionem, non adolescentiae libidinosae et intemperantis vitiis, sed senectutis et cursu aetatum naturali effectam, compenset, prudentiam, consilium, rerum peritiam; tamen interdum aliter non potest, quum tam timidam videt et ignauam iuventutem, multoque nequiorem daturam, quam vt animo indignetur et optet, vt praeteritos sibi annos Iupiter referat; praesertim, quum multa sine corporis viribus et robore membrorum geri vix posse intelligat. At, quas senectus non modo non minuit, sed auxit, vires animi atque ingenii, quam praeclarae in eo sunt illae, quam-

*) Iliad. δ, 319. η, 133. coll. 157. λ, 669. et a. l.


nis contra et cibi sustulerit, per se intelligitur, eum sermonis magis et coetu amicorum delectationem metiri, quam corporis voluptate et titillatione gulae. Sed quod corpore percipit voluptatis, plane nihili est, si cum delectatione comparatur, qua fruitur animus. Vt auctoritatis praemia, quibus cumulatum eum conspicimus, primo loco nominem, quae corporis voluptates cum his sunt comparandae? Habent certe illa tantum in se et iucunditatis et suauitatis, vt, cui vti illis liceat, facile omnibus adolescentiae voluptatibus careat *). Atque eo honorificentius Nestori ea contingunt, quo minus canitiei crinium, et frontis et genarum rugis, ea accepta refert, sed ex adolescentia honeste transacta, tanquam fructus extremos, repetit. Quantus honor regi regum, Agamemnoni, esse a consiliis! quanta laetitia, fortissimos quosque sibi obedientes habere! quae voluptas, omnibus carum esse et appeti ab omnibus! quantum gaudium, optatum videre consiliorum suorum successum! quam dulcis motus in animo esse debet, quum se gubernatorem et moderatorem omnium salutari audit! Nec minor generosi animi voluptas est, quod tot videt disciplinae suae alumnos; quod praeceptis suis, monitis, exemplo, futuris etiam seculis potest prospicere. Quantum delectationis percipit patris animus, vbi in filiis gloriam stirpis non occidere, se de nouo efflorescere animaduertit, vbi audit, eos nihil carius, nihil antiquius habere, quam vt animo, virtute, meritis, patris similes fiant. Qua voluptate perfundi debet, vbi Antilocho,

*) Vid. Shaftesbury Caracteristiks, Vol. II. p. 80.

dum et vtile omnibus dici mereatur; nihil, quod non amplectendum, imitandum, commendandum ſit; vt, ſi quo in loco Homerus conſecutus eſt, vt non magis delectet, quam proſit, in Neſtore id factum eſſe, fateri vel Zoilus debeat.

illa aetate in ambiguo poni poterat, in medium proferre non dubitat; praesertim quum admodum verisimile sit, alia eaque certiora cognita ei fuisse poetarum exempla, qui diuiti vena pollentes, et multis optimisque ingenii speciminibus claritatem nominis adepti, vel nimia rerum mediocritate laborassent, vel in summa egestate miserrime vixissent. Nec enim omnes, aut vbique, in Graecia in summo sunt habiti poetae honore; non omni tempore Romae Maecenates fuerunt, qui Flaccos suos et Marones tuerentur et ornarent. Non sola nostra aetas animo tam ingrato fuit, vt poetas, quorum opera vel ob suauitatem et dulcedinem, vel grandiloquentiam et sublimitatem, vel sensuum teneritatem ac mollitiem paene devorarat, si curarum fluctibus agitarentur, vel miseriis fere submergerentur, in portum recipere, vel nollet vel differret. Quare paupertatis poetarum exempla quaesituro non opus est, ad tam remotam aetatem, quae Homerica est, redire, et inde tale quid petere, quod et per temporis vetustatem obscurum, et re ipsa facile refellitur: etenim sua cuique aetas tot, quot optat habere, et plura fortasse, exempla suppeditat. Semper ego indignor, quoties in rebus et fatis principis poetarum video commemorari, eum per Graeciam circumiuisse, et ad potentiorum aedes carminum suorum particulas pro vili mercede, vt vitam sustentaret, recitasse. An mendicus, qui per vrbes circumire et ostiatim canendo stipem colligere, fatis cogentibus, a teneris assueuit, carmen, quale Ilias est et Odyssea, vbi res pinguntur inter reges ac duces gestae et ignobilibus hominibus ac mendicis plane incognitae, con-

dere



dere potuerit? Profecto, qui carmina eius vel semel et festinanter legerit, eum sensus suus, si non plane a veritatis perceptione abhorret, docere potest, poetam, qui tam nobile et tam illustre carmen in lucem emiserit, ipsum etiam, necesse esse, loco nobili atque illustri lucem vidisse. Causam vero, cur fama de paupertate Homeri per vniuersum antiquum orbem increbruerit, ab insanis eius admiratoribus repetendam arbitror. Norant isti, suo haud dubie exemplo edocti, quam procliues essent animi ad credenda rerum miracula; sciebant, quo miraculosior res aliqua esset, eo lubentius eam audiri eoque auidius arripi et animo imbibi; quare in Homero non satis habuerunt diuinum ingenium laudare, opera eius omnium eius generis praestantissima credere, artem admirari sine arte operibus inductam, sed, vt maiorem iis existimationem ac famam conciliarent, a coeco homine et mendico edita finxerunt 1). Equidem non negauerim, Homerum per Graeciam peregrinantem, mercede data, vt moris erat eo tempore, carmina sua cecinisse, non tamen ostiatim circumerrantem, sed in publicis conuentibus auditorum nobilissimorum

1) Velleius Patercul. I, 5. *eum omnibus sensibus orbum* censet, *qui Homerum coecum natum esse crediderit.* Herodotus V. H. c. 8. auctor est, eum Colophone coecum factum. Plato ob Helenae vituperium oculorum lumine priuatum iocose tradit, Phaedr. p. 313. Vol. X. Bip. Scriptores de eius coecitate indicauit Fabricius B. Gr. De paupertate scripsit Fr. Exter, *über die Armuth des Homer*, Zweybr. 1777. 8.

morum corona ſtipatum 2); qua quidem re tantum abeſt, vt mendici perſonam egerit, vt idem fecerit, quod noſtra aetate muſici artifices, qui per peregrinationes in vrbibus celebrioribus agones muſicos, hac lege, vt ipſis honor habeatur, inſtituunt, et vel aſſa voce, vel inſtrumenti alicuius modulatione, artis ſuae ſpecimen edunt. At tam honeſto modo non volunt eum victum ſibi comparaſſe, ſed Herodotus, vel quisquis auctor eſt libelli de vita Homeri, diſerte tradit, viliſſimi mendici inſtar eum ad potentiorum fores circumiuiſſe, et canendo ſtipem rogaſſe. Inter alia cap. XXIII. carmen ſeruauit, quod inter minora Homeri carmina, editionibus Odyſſeae addi ſolita, receptum (Epigr. N. XV. Wolf.) eſt, et Εἰρεσιώνη inſcribitur, quod Homerus, dum in Samo hybernaret, Nouiluniis ſtipem colligens, ad beatiorum domos ceciniſſet. Qua quidem re, ſi vera eſſet, efficeretur profecto, vt in Homero non modo epicae poeſeos patrem venerari deberemus, ſed etiam auctorem et principem poeſeos mendicae: cuius tamen leges ac regulas in libris, in quibus aliorum poeſeos generum praecepta exponuntur, aeſtheticos vocant, fruſtra quaeſiueris. Εἰρεσιώνης titulus, quem habet Herodotus, et ex eo Suidas, datus eſt carmini ex eo, quod canentes ramum oleae lana velatum, quod

2) Hoc narrat auctor Certam. Hom. et Heſiod. p. 494. Heſiod. Loeſn. τιμηθεὶς δὲ μεγάλως (Corinthi) παραγίνεται εἰς Ἄργος. – Τῶν Ἀργείων οἱ προεστηκότες – αὐτὸν μὲν πολὺ τελέσι δωρεαῖς ἐτίμησαν.

potuerint. Iam quum verisimile sit talium Εἰρεσιωνῶν, quae publice circumferebantur, vsum antiquiorem esse, quam earum, quae privatim; has autem, ab hominibus egenis, Nouiluniis vel aliis festis anniuersariis vota pro ditioribus nuncupantibus, adhibitas, illarum fuisse imitationes: operae pretium esse arbitror, antequam ad Homericam Εἰρεσιώνην accedam, vtpote privatam, in publicas paulo diligentius inquirere, et videre, an forte singula eo, quo pertinent, referre possim.

Πυανέψια celebrabantur die septimo Πυανεψιῶνος, mensis a festo isto dicti, qui in Novembrem nostrum incidit 6), in memoriam felicis reditus Thesei ex Creta, vbi Minotaurum occiderat: eo enim die vrbem ingressus est. Iussu Thesei

6) Sequendum arbitrabar Petauium, qui post Theod. Gazam (de mensibus Atticis) et Ioh. Lalamantium (de anno Attico) in Animadu. ad Epiphanii Haeres. LI. Alogorum p. 135. ss. docet, Μαιμακτηριῶνα exceptum fuisse a Πυανεψιῶνι, et Scaligerum refutat, qui hunc illi praeponit. Magnum mihi videntur pondus habere loca Aristotelis hist. Animal. VI, 29. VIII, 12. nec satis firma argumenta humanissimi Salmasii ad Solin. p. 529. quibus Cercoetii illius pecoris (v. p. 517. a. F.) sententiam oppugnat. Ex Metonis cyclo, quem prodidit circa Ol. LXXXVII. a. C. 432. qui XIX. annos variae longitudinis comprehendit, pro varietate numeri dierum, quos annus quiuis recipit, varius est locus Pyanepsionis, nunc in 11. Novembr., nunc 31. Oct., nunc 19. Nov., nunc 7. eiusd., etc. incidit. v. Rambach. ad Potter. T. III. p. 12. seq. et 43.



Theſei comites, qui ſalui cum eo reuerſi erant, leguminum reliquias in vnam ollam congeſtas coxerunt et communi menſae accumbentes comederunt; quae res et menſi, quo haec facta erant, nomen dedit, et in morem ſolemnem abiit, ita, vt Athenienſes quotannis die eius ſeptimo πυάνους ſ. πύανα ἕψειν 7) h. e. *fabas coquere* deberent. Agebatur haec ſolemnitas in honorem Apollinis 8). Rem omnem narrat Plutarchus (v. Theſ. p. 10. A. B.) θάψας δὲ τὸν πατέρα, τῷ Ἀπόλλωνι τὴν εὐχὴν ἀπεδίδου τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Πυανεψιῶνος μηνὸς ἱσταμένου. ταύτῃ γὰρ ἀνέβησαν εἰς ἄστυ σωθέντες. ἡ μὲν οὖν ἕψησις τῶν ὀσπρίων λέγεται γενέσθαι διὰ τὸ σωθέντας αὐτοὺς εἰς ταὐτὸ

7) V. Heſych. Πυανέψια. Suid. h. v. Pollux VI, 9. Κύαμοι, οἱ καὶ πύαμοι· ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰ Πυανέψια ἑορτή. Euſtath. Il. χ. καὶ Πυανέψια λέγεσθαι οἷον κυαμέψια, διὰ τὸ πυάμους πρότερον τοὺς κυάμους καλεῖσθαι. Frequentius autem ſcribitur πύανος et πύανον. Meurſius et Potterus credunt Πυανέψια etiam dicta fuiſſe Πυανόψια et Πανόψια, Lycurgi contra Menaechmum ap. Harpocrat. et Suid. h. v. teſtimonium proferentes: Πυανόψια (Suid. Πυανοψίαν) ταύτην ἑορτὴν καλοῦμεν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες Πανόψια (Suid. Πανοψίαν), ὅτι πάντας εἶδον καρποὺς τῇ ὄψει. Male, puto. Haud dubie hoc nomen etiam fuit Θαργηλίοις, quod deinde magis apparebit; certe in Πυανέψιά non cadit ὅτι πάντας εἶδον καρποὺς τῇ ὄψει.

8) τὰ Πυανέψια Ἀπόλλωνι ἄγεσθαι φασὶ, Suid. h. v. cf. Schol. Ariſtoph. Equit. 725.

ταὐτὸ συμμίξαι τὰ περίοντα τῶν σιτίων, καὶ μίαν χύτραν κοινὴν ἑψήσαντας συνεςιαθῆναι, καὶ συγκαταφαγεῖν ἀλλήλοις· τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσι, κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἀνεςεμμένον (ὥσπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν), παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων, διὰ τὸ λῆξαι τὴν ἀφορίαν, ἐπάδοντες (sequitur cantiuncula, quam deinde emendatiorem dabo), καίτοι ταῦτα τινὲς ἐπὶ τοῖς Ἡρακλείδαις γενέσθαι λέγουσιν, οὕτως διατρεφομένοις ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων· οἱ δὲ πλείονες, ὡς προείρηται. Quod h. l. Plutarchus de Iresione meminit, repetunt Scholiastes Aristophanis, Etymol. M., Suidas et Eustathius. Sed quo saepius hunc Plutarchi locum lego ac relego, eo certius mihi videor posse affirmare, verba: τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσιν κ. τ. λ. cum cantiuncula ista aliunde in Plutarchi texta irrepsisse. Nam primum verba: κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἀνεςεμμένον (ὥσπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν), παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων, sunt interpretatio τῆς εἰρεσιώνης, quam nemo, nisi grammaticus adiicere potuit. Prodit se etiam hic partus eo, quod dicitur, ὥσπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν, scilicet, vbi narrat (p. 7. F.) Plutarchus de Theseo: παρελθὼν εἰς Δελφίνιον, ἔθηκεν ὑπὲρ αὐτῶν (comitum sorte electorum) τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἱκετηρίαν. ἦν δὲ κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας ἐρίῳ λευκῷ κατεςεμμένος: verba enim inde ab ἦν δὲ κλάδος κ. τ. λ. ab eodem grammatico profecta esse, dubio caret. Deinde verba: διὰ τὸ λῆξαι τὴν ἀφορίαν aperte mendacium ingerunt. Verum quidem est, caeso Androgeo, Minois filio, deos iratos Atticam regionem sterilitate et morbis foedasse: hoc enim tradit Plutarchus (p. 6. C.) τὸ δαιμόνιον ἔφθειρε τὴν χώραν· ἀφορία τε γὰρ καὶ νόσος ἐνέσκηψε πολλὴ, καὶ ἀνέδησαν οἱ ποταμοί; at foedere



dere cum Minoe iuſſu Apollinis facto, quo Athenienſibus imponebatur, ſeptem adoleſcentes, totidemque virgines quotannis in Cretam mittere, ſterilitas illa iam XXVII. annis ante Theſei profectionem ceſſarat. Denique, quae ſequuntur: *καίτοι ταῦτα τινὲς ἐπὶ τοῖς Ἡρακλείδαις κ. τ. λ.* non apte cum praecedentibus poſſunt connecti: quid enim? in memoriam Heraclidarum, *qui ita alti ſunt* ab Athenienſibus, mos Εἰρεσιώνην circumferendi retentus fuerit? Ergo Heraclidae fructibus Εἰρεσιώνη inhaerentibus alti ſunt? Eiecto iſto pannulo locus ita nectendus: *καὶ μίαν χύτραν κοινὴν ἑψήσαντας συνεστιαθῆναι, καὶ συγκαταφαγεῖν ἀλλήλοις· καίτοι ταῦτα τινὲς ἐπὶ τοῖς Ἡρακλείδαις γενέσθαι λέγουσιν, οὕτως διατρεφομένοις ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων* *). His argumentis puto confici, Πυανεψίοις, in memoriam reditus Theſei celebratis, Εἰρεσιώνης vſum fuiſſe nullum; quidquid Scholiaſtes Comici, et ex eo Suidas et Euſtathius de voto Theſei in Delo Apollini facto afferant 9): Plutarchum enim ſi audimus, Theſeus, in Cretam nauigaturus,

*) De Heraclidis ab Athenienſibus receptis v. Iſocrat. Panegyr. p. 120. Wolf. (c. 15. Mor.) ad Philipp. p. 210. Encom. Helen. p. 502. vbi tempore Theſei id factum tradit. At ap. Euripid. in Heraclidis rex Athenis eſt Demophon.

9) Euſtath. l. c. *λέγεται γὰρ, Θησέα, ὅτε εἰς Κρήτην ἔπλει, προσχόντα Δήλῳ τῇ νήσῳ διὰ χειμῶνα, εὔξασθαι Ἀπόλλωνι, καταστέψασθαι, κλάδους ἐλαίας, εἰ τὸν Μινώταυρον κ. τ. λ.* Eadem Schol. Comici ad Equit. vnde ſine dubio Euſtath. et Suidas Εἰρεσιώνη.

turus, Athenis (p. 7.), non in Delo, votum fecit; et quamuis non diſerte dicatur id Apollini feciſſe, tamen eo illud non addubitandum, quod ad Delphinium ἱκετηρίαν ponit, et redux, vbi aliis diis ſacra fecit (p. 9.), Apollini votum reddit. Reſtant igitur Θαργήλια et Προηρόσια Εἰρεσιώνης geſtatione celebria. Θαργήλια quod attinet, ea agebantur die VI. et VII. Θαργηλιῶνος 10) in honorem Solis vel Apollinis et Horarum 11): tunc Ireſionem, variis fructibus et ſcitamentis onuſtam, circumferri ſolitam fuiſſe, teſtantur Comici Scholiaſtes et Suidas 12). Inſtituta

10) Thargelion ex Metonici cycli ratione incidit in Maii d. 7. 26. 14. 3. et ſic porro.

11) Schol. Ariſtoph. Equ. l. c. Πυανεψίοις, καὶ Θαργηλίοις, Ἡλίῳ καὶ Ὥραις ἑορτάζουσιν Ἀθηναῖοι. Eadem fere leguntur ad Plut. 1055. Suidas habet Θαργήλια. ἑορτὴ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. Etym. M. ἄγεται δὲ μηνὶ Θαργηλιῶνι, Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος. Male! veriſimilius eſt, Apollini vel Soli cum Horis celebratum eſſe feſtum; quod nomen iam prodit, Θαργήλια, de quibus Etym. M. Θαργήλια δέ εἰσι πάντες οἱ ἀπὸ γῆς καρποί. Suidas Apollini nomen fuiſſe tradit ἀπὸ τοῦ θέρειν τὴν γῆν, Θαργήλιον, addens, τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ ἡλίῳ.

12). Suidas ſ. v. Θαργήλια de Εἰρεσιώνῃ nihil meminit: at ſ. v. Εἰρεσιώνη repetit verba Scholii Ariſtoph. ad Plut. l. c. φέρουσι δὲ οἱ παῖδες τὰ προκατειλεγμένα ἀκρόδρυα, καὶ ταῦτα πρὸ τῶν θυρῶν κρεμῶσι. κατά τι δὲ χρηστήριον πρὸς ἀποτρο-

ſtituta erant haec ſolemnia ad auertendam famem, qua premebatur regio Attica 13). Pompa agebatur ad templum, vbi inter alia multa, quibus pompa illa ſplendebat, puer 14), cui vterque

τροπὴν λιμοῦ ταῦτα ἐποίουν (Suidas habet: ταύτην ἐποίουν ἀνάρτησιν): quibuscum congruit Schol. ad Equit. φέρουσι δὲ οἱ παῖδες τοὺς θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημμένους (ὅθεν εἰρεσιῶναι λέγονται) καὶ τούτους πρὸ τῶν θυρῶν κρεμῶσιν. ἐξήρτηντο δὲ τῶν θαλλῶν αἱ ὧραι (haud dubie legendum eſt: ἐξήρτηντο δὲ τ. θ. τὰ ὡραῖα πάντα, vt Schol. aliud habet ad Plut. l. c.). Scholiaſtae confundunt Ireſionen Apollinis cum altera Cereris: etenim quod de pluribus pueris et erectione Ireſiones ante aedes dicunt, id pertinet ad Προηρόσια, non ad Θαργήλια.

13) Lycurgus ap. Etym. M. in Εἰρεσιώνη dicit: ἀφορίας γενομένης Ἀθηναίοις, τοῦτο ἐπιτελεσθῆναι κατὰ χρησμὸν, ὥσπερ ἱκετηρίαν. Suidas ex Schol. Ariſtoph. ad Equit. l. c. Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ τὴν πόλιν κατασχούσης, θαλλὸν καταστέψαντας ἐρίοις, ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι. Haec probe notanda, Atticam modo regionem fame fuiſſe vexatam.

14) Euſtath. τοῦτον ἐκφέρει παῖς ἀμφιθαλὴς, καὶ τίθησι πρὸ θυρῶν τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ; ſed male addit ἐν τοῖς Πυανεψίοις; immo vero ἐν τοῖς Θαργηλίοις. Ergo *vnus* fuit puer Ireſionem geſtans. Et mox Euſtathius: ἦγον δὲ ἴσθ᾽ ὅτε ταῦτα καὶ ἐπὶ ἀποτροπῇ λιμοῦ· ᾖδον δὲ παῖδες

vterque parens ſuperſtes erat, lauri ramum 15), lana alba 16), velatum, et variis fructibus et edu-

δες ὕτω. Vnde nunc plures pueri: ſcilicet epiſcopus, omnia corradens, de illa legerat Ireſione Proeroſiis, ferri ſolita. Schol. Ariſtoph. ad Plut. in contrarium peccat, vbi dixit: πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθεντο οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ κατ᾽ ἔτος ἤλλαττον; quod de Cereris Ireſione tantum poteſt valere; addit: εἰώθει δὲ παῖς ἀμφιθαλὴς ἀμφ᾽ αὐτῇ ταῦτα λέγειν; ſequitur nunc carmen, quod etiam ad Proeroſia pertinet; ſed hoc feſto pluribus Ireſionis opus erat, et pluribus eas ferentibus: quid ſibi vult cum *vno*. Profecto hic pertinet ad Thargelia vbi vna Ireſione ab vno puero ad Apollinis templum ferebatur.

15) Schol. Ariſtoph. ad Plut. Εἰρεσιώνη θαλλὸς ἐλαίας, ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων, καὶ θαλλοῦ συμπεπλεγμένος. Ap. Statium Theb. 491. *Mite nemus circa, cultuque inſigne verendo* vittatae laurus *et ſupplicis arbor olivae.* Lutatius ad Statii loc. lib. II. circa fin. (et ab arbore caſta nectent purpureas niueo discrimine vittas) *oliua ſiue lauro.* Quia laurus ſacra erat Apollini, lauro etiam ei nectebatur Ireſione.

16) Huc referendum puto pannulum grammatici ad Plutarch. v. Theſ. p. 7. E. ἦν δὲ (ἱκετηρία ſcil. ad Delphinium collocata) κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας ἐρίῳ λευκῷ κατεστεμμένος. Apud Aeſchyl. Suppl. vocantur ἱκετήριαι λευκοστεφεῖς. Quia Ireſione haec magis ſupplicationis in modum, quam illa altera circumferebatur, albam lanam ei tribui par eſt. De albi coloris ap. omnes gentes exiſtimatione v. Georg. Forſterus Reiſen T. I. p. 127.



edulis, quae διακόνια 17) vocabantur, conspicuum gestabat. Pompam illam respicit Porphyrius περὶ ἀπ. ἐμψ. lib. §. 7. Οἷς μαρτυρεῖν ἔοικε καὶ ἡ Ἀθήνῃσι ἔτι καὶ νῦν δρωμένη πόμπη Ἡλίῳ τε καὶ Ὥραις. πομπεύει γὰρ εἰλὺς, πόα, ἄγρωστις, ἐπὶ πυρίνων ἡγητορίας, ὄσπρια, δρῦς, μιμαίκυλα, κριθαί, πυροί, παλάθη, ἡγήτρια ἀλεύρων πυρίνων καὶ κριθίνων, ὀρθοστάδη, χύτρος. Vbi ad templum Apollinis perventum erat, Εἰρεσιώνην ante fores eius collocabant 18); et carmen tunc cantatum fuisse, verisimile est; at illud, quod in Plutarchi loco extat, et ap. Schol. Aristoph., Suidam, Eustath. et alios, non fuisse, docet eius argumentum. Ceterum haec sacra fiebant Apollini Delio, teste Athenaeo lib. X. ὁ δὲ Ἀπόλλων οὗτός ἐστιν, ᾧ τὰ Θαργήλια ἄγουσι, vnde intelligitur, quomodo cum Πυανεψίοις, a Theseo ex Delo reduce institutis, confundi a grammaticis potuerint 19). Προ-

17) Hesych. Διακόνιον, μάζα, ἢ ζωμός. καὶ ἡ κρηπὶς τοῦ πλακοῦντος, οἱ δὲ, πέμματα ἐξαπτόμενα τῆς εἰρεσιώνης. Suidas ex *Menecle* in Διακόνια· Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν καλουμένην εἰρεσιώνην ὅταν ποιῶσι, πλάττοντες λύραν τε καὶ κοτύλην, καὶ κλῆμα καὶ ἄλλα τὰ (leg. c. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 386. τινὰ) κυκλοτερῆ πέμματα, ταῦτα καλοῦσι διακόνιον (διακόνια?).

18) Eustath. τοῦτον ἐκφέρει παῖς ἀμφιθαλὴς, καὶ τίθησι πρὸ θυρῶν τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ. Eadem Suidas habet in Εἰρεσιώνη.

19) Addi etiam potest alia confusionis causa. Lycurgus ap. Suid. in πυανεψιών· καὶ ἡμεῖς πυανεψίαν

Προηρόσια, altera solemnitas Εἰρεσιώνης gestatione nobilis, celebrabantur auctumno ante arationem

ψίαν ταύτην τὴν ἑορτὴν καλοῦμεν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες πανοψίαν, ὅτι πάντας εἶδον τοὺς καρποὺς τῇ ὄψει; quem locum iam adduxi. Haud dubie Harpocration, ex quo Suidas hausit, vitioso vsus est exemplari. Lycurgus scripsisse videtur πανέψια, vel πανεψίαν, et intellexisse Θαργήλια. Nam ἧψουν ἐν αὐτῇ (ἑορτῇ scil. Θαργηλίοις) ἀπαρχὰς τῷ θεῷ τῶν πεφηνότων καρπῶν, vt Suidas habet in Θαργήλια. Hinc olla, in qua coquebantur istae ἀπαρχαὶ, vocabatur θάργηλος. Hesych. Θάργηλος, χύτρα ἱεροῦ ἑψήματος. Quae vox reddenda est Suidae in Θαργήλια, vbi ait: καὶ ὁ τῶν σπερμάτων μεστὸς χύτρος ἱεροῦ ἑψήματος, adde: θάργηλος. Archilochus ap. Hesych. v. Θαργήλια· νῦν ἄγει θαργήλια, καὶ ὁ θάργηλος χύτρος ἐστὶν ἀνάπλεως σπερμάτων. Sic etiam vocabatur ἱκετηρία vel Εἰρεσιώνη. Hesych. in Θαργήλια· καὶ τὴν ἱκετηρίαν ἐκάλουν θάργηλον. Ἀπαρχαὶ etiam vocabantur θαργήλια. Hesych. l. c. ἐν δὲ τοῖς θαργηλίοις τὰς ἀπαρχὰς τῶν φαινομένων ποιοῦνται καὶ περικομίζουσι. ταῦτα δὲ θαργήλια φασι. Quum igitur varias et omnigenas ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν coquere, et coctas in pompa circumferre solerent, dici potuit illa θαργηλίων solemnitas Πανεψία, quam alii Graeci, ad pompam magis, quam ad frugum coctionem respicientes dicebant Πανοψίαν, vnica tantum mutata litterula. Ex vitioso Lycurgi Codice vbi πυανέψια legebatur, ortus est error, vt, quae πανεψίοις vel θαργηλίοις fiebant in Apollinis honorem, ad Πυανέψια, eidem deo sacra, transferrent.

ferunt; oraculo nimirum Athenienſes, et aliarum regionum incolae moniti erant, famem magis magisque ingraueſcenten ceſſaturam, ſi Athenienſes Cereri ſacra pro reliquis gentibus ac ciuitatibus facerent, hae vero frugum primitias in hunc vſum quotannis Athenas mitterent 23). Quo Phoebi reſponſo, quum Athenienſes ſacra peregiſſent, ſterilitas ceſſauit. Sacrorum tempore Εἰρεσιώνας nectebant, ex oleae ramo et alba rubraque lana 24), easque, quum variis

piarent. v. Suidam in Ἄβαρις et Schol. Ariſtoph. l. c. Sed pro λιμȣ̃ legitur ap. Suid. l. c. λοιμȣ̃, male. Scribendum λιμȣ̃, vt Meurſius ſcribi iubet ap. eund. in εἰρεσιώνη, qua de re cur eum Hemſterhuſius ad Plut. p. 389. reprehendat, equidem non intelligo: etenim ex iis, quae conſecuta ſunt, colligi poteſt, famem, non peſtem fuiſſe. Nam Cereri, frugum deae, ſacra fecerunt antequam ararent.

23) v. not. praeced. Ariſtides in Panath. p. 182. ab Hemſterhuſ. ad Plut. p. 390. laudatus: *μνημεῖον δὲ καὶ σύμβολον τῆς θείας ἐκείνης πομπῆς, καὶ τῆς εἰς ἅπαντας εὐεργεσίας αἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀπαρχαὶ δεῦρ᾽ ἀφικόμεναι καθ᾽ ἕκαστον ἔτος τῶν σπερμάτων ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων.*

24) Ruber color ſignum erat laetitiae ac victoriae; huic igitur *στέμματι*, quod pueri ex agro a ſacris Cereris reduces, quaſi victoriam adepti, ante fores ſuspendebant, proprium fuiſſe, nullus dubito. Etym. M. *εἰρεσιώνη θάλος ἐστιν ἐλαίας πάντας τȣ̀ς καρπȣ̀ς ἔχον ἀπηρτημένȣς, καὶ στέμμα λευκὸν καὶ φοινικȣ̃ν.* Euſtath. ἀλλα-

variis terrae fructibus et pomis onerassent 25), pueris ferendas committebant 26); qui in agros egressi, vbi libationibus 27) super iis effusis Cererem placassent, inter cantum et laetitiam redibant, et Εἰρεσιώνας ante fo-

K 2 res

ἀλλαχȣ̃ δὲ λέγεται, ὅτι στέμμα λευκὸν καὶ φοινικȣ̃ν ἀπήρτηται τȣ̃ θαλλȣ̃. Statius Theb. II. 737. *et ab arbore casta Nectent* purpureas niveo discrimine *vittas*.

25) v. Schol. Aristoph. ad Plut. l. c. et Suidam in Εἰρεσιώνη. Nec arborum fructus, mala et pira abfuerunt, vt putat Meursius Graec. Fer. p. 247. loco Strabonis non recte intellecto, lib. I. p. 15. Basil. vbi Hipparchus, non omnia a poëtis esse petenda et postulanda docens; dicit τὸ μὲν ȣ̓͂ν ἅπαντα ζητεῖν περιποιεῖν αὐτῷ, προσεκπίπτοντος ἂν τις ἐκθείη φιλοτιμίας. ὡς ἄν εἴ τις, φησὶν ὁ Ἵππαρχος, Ἀττικῆς εἰρεσιώνης κατηγοροίη, καὶ ἃ μὴ δύναται φέρειν μῆλα, καὶ ὄχνας, οὕτως ἐκείνȣ πᾶν μάθημα, καὶ πᾶσαν τέχνην. Vult Hipparchus non nisi stolidum obiurgare Iresionen, quod mala et pira non possit *producere:* sic amentis esse, postulare, vt poeta ea, quae canit et depingit, *ipse praestet*.

26) Schol. Aristoph. Equit. φέρȣσι δὲ οἱ παῖδες τοὺς θαλλȣ̀ς. Sic ad Plut. Eustath. ᾖδον δὲ παῖδες οὕτω. Ergo plures fuerunt pueri.

27) Etymol. M. καταχύσματα δὲ καὶ κύλικα οἴνȣ κεκραμένην καταχέοντες αὐτῆς ἐπιλέγȣσιν. De voce καταχύσματα v. Valkenarium ad Ammon. II, 11. p. 124.

res 28), quasi signum diuitiarum et abundantiae 29), suspendebant, hanc accinentes cantilenam:

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει *), καὶ πίονας ἄρτους,
καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ **), καὶ ἔλαιον ἀναψή-
σασθαι ***),

καὶ

28) Schol. Aristoph. Equit. μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἔξω ἀγρῶν τιθέασι παρὰ θύρας. Quae habet etiam Suidas. cf. Schol. ad Plut.

29) Erat quasi κέρας Ἀμαλθείας. Clemens Alex. Strom. IV. p. 347. Ἀυτίκα Στρωματεῖς ἡμῶν, κατὰ τὸν γεωργὸν Τιμοκλέους τοῦ Κωμικοῦ, σῦκα ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι προσοδεύουσι, καθάπερ ἐκ παμφόρου χωρίου. δι' ὧν εὐκαρπίαν ἐπιφέρει, Σὺ μὲν εἰρεσιώνην, σὺ γεωργίαν λέγεις.

*) Plutarch. v. Thes. p. 10. φέρειν, male. Reliqui omnes φέρει.

**) Eustathius vel potius Pausanias ap. Eust. καὶ μέλιτος κοτύλην.

***) Sic Clemens Alex. Strom. IV. p. 347. et Plutarch. l. c. Schol. Aristoph. ad Equit. ἀνεψήσασθαι: q. i. q. ἀναψήσ. Schol. Aristoph. Plut. ὑποψήσασθαι; sic etiam Phauorinus. Suidas: ἀποψήσασθαι. Eustath. ἐπικρήσασθαι (quod Ionice dici posset pro ἐπικεράσασθαι v. Hemsterh. ad Plut. p. 387.), ex quo Kusterus fecit ἐπιχρίσασθαι. Hemsterhusius suspicatur, Eustath. scripsisse ἐπιψήσασθαι, ex quo illud, aberrante librarii manu, factum sit. Sed vnice verum ἀναψή-

καὶ κύλικ' εὐζώρου, ἵνα καὶ *) μεθύουσα καθεύδῃς **).

Redeunte annua festiuitate, Εἰρεσιώνας, solis calore exsiccatas et torritas, comburebant, et nouas in locum earum substituebant 30). Cum his Atheniensium Iresionis, περιηρόποις ferri solitis, recte comparantur לולבים Iudaeorum, qui sunt fasciculi ex frondibus citri,

ψήσασθαι. h. e. *perfricare corpus oleo*, vt Martial. IV. Ep. 90. cf. Hemsterh. ad Plut. et Iac. Nicol. Loensis Epiphyll. IV, 10.

*) Plutarch. Schol. Aristoph. ad Plut. et Equit. Suid. κύλικ' εὔζωρον. Eustath. κύλικα εὔζωρον. Etym. M. κύλικ' εὐζώρου οἴνου. Sed Valken. ad Ammon. p. 124. ex MSS. recte pro οἴνου restituit ἵνα καί. Pro ἵνα καὶ habet Schol. Aristoph. Plut. et Equit. ὡς ἄν. Suidas: ὅπως. Eustath. ἵνα.

**) Plutarch. et Schol. Arist. Equit. καθεύδῃ. Eustath. et Etym. M. καθεύδει. vitiose! Probat Valkenarius lectionem Etym. MSS. καθεύδῃ, quae est ap. Plutarch. et Schol. Arist. Eq. male! Nam ipsam Iresionem tunc bene potam dormire, necesse esset. Nec puto mulieribus per iocum ebrietatem obiici, vt Nicolaus Loens. l. c. arbitratur: sed potius omnibus Atheniensibus, vt ad μεθύουσα addendum sit: ὦ πόλις Ἀθηναίων.

30) Aristoph. Plut. 1055. ἐὰν γάρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ, ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσεται. Schol. ad h. l. πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθεντο οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ κατ' ἔτος ἥλλαττον. Sic etiam Suidas.

tri, myrti, palmae et ſalicis colligati, quos tabernaculorum ſolemnitate ex diuino inſtituto (Leuit. XXIII, 40.) publice geſtare debebant: quibus ſimiles erant in Ieſu, Hieroſolyma ingredientis, honorem praelati palmarum faſciculi (Matth. XXI, 9.). Geſtabant eas manu dextra, ſiniſtra malum citreum tenentes, et accinentes carmen ex Pſ. CXVIII, 25. הושע נא; quare faſciculi et ipſi הושענות, voce a Pſalmi verbis formata, dicebantur 31). Ab his igitur ſolemnitatibus publicis mos iſte, quo illi, quibus res anguſta domi, cum Εἰρεσιώνῃ gratulantes ſimulque mendicantes circumibant, videtur repetendus. Sed nunc videamus, qualem ſe in hoc poeſeos genere Homerus, ſi diis placet, praeſtiterit. Carmen non inuenuſtum et bono poeta dignum; dictio ornata et ad Homericam proxime accedens; vt ex orationis genere vix probari poſſit, id non ab Homero ſcriptum eſſe. Quum vero valde corruptum et lacerum apud Herodotum et Suidam extet, illud nunc emendatius exhibeo *).

Δῶμα

31) Vid. Ioh. Gotlobi Carpzouii Apparat. Crit. Antiqq. S. Cod. et Gentis Hebr. ſiue annot. vberr. ad Goodwini Moſ. et Aaron p. 414. ſeqq. et Lundii Iüdiſche Heiligthümer p. 1050. ſeqq. Lightfoot Hor. Hebr. ad Matth. 21, 9. Ioſephus Antiqq. Iud. III, 10. *Hoſchanna* Iudaeorum εἰρεσιώνην vocat. Vid. Caſaubon. in Baron. X, 34, 5.

*) Secundis curis hoc carmen emendatum in lucem profero. Interdum vero ne ſecundas quidem ſuffi-



Δῶμα προσετραπόμεσθ' ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο 32),
ὃς μέγα μὲν δύναται 33), μέγα δὲ πρέπει 34) ὄλβιος αἰεί.

αὐταὶ sufficere, sed tertiis opus esse in tali emendandi negotio, id expertus sum in Animaduers. crit. ad Hermesianactis Fragm., vbi p. 10. ad vers. 92. satis operosus fui, vt persuaderem hominibus doctis, pro ἐκ βαθείης ψυχῆς κουφοτέρας ἐξ-ε π ό ν η σ' ἀνίας scripsisse Hermesianactem ἐξ-ε κ ό ρ η σ' ἀνίας, sed, postquam Beckii, Viri Celeb. declaratio (De interpretatione vett. script. Com. II. p. XCIII. not. y.), sibi id non persuasum esse, me inquietum reddidit, video nunc scripsisse Hermesianactem ἐξεσόβησ'. ἐκ-σοβεῖν pr. de auibus dicitur, *abigere*; deinde ad alias res transfertur, vt Paul. Silent. c. 34. Anal. Brunk. III. p. 81. ἐγὼ ξανθίσμασι χαίτης ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον. Anacreon c. 33. scripsit: οὐ γὰρ σθένω τοσούτους Ἔρωτας ἐκ-σοβῆσαι. Quam aptum sit ἐκσοβεῖν ad κ ο υ φ ο τ έ-ρ α ς ἀνίας facile quiuis sentiet.

32) Vid. Odyss. α, 276. λ, 413.

33) Ap. Suid. αὐτεῖ. Ex quo finxit Kusterus: μέγα μὲν γ' αὐχεῖ, i. e. *qui se magnifice iactat*, quia ταυτολογία Herodoteae lectionis non ferri posset. Hac ταυτολογίᾳ offensus etiam Ernestius, et spurium versum iudicat. Sed recte defendit Barnesius δύναται. Exempla huiusmodi tautologiae sunt apud Homerum, v. c. Iliad. θ, 526. seqq. ι, 124. ν. 482. Odyss. β, 65. ν. 391. v. Ruhnk. Epist. Crit. p. 56. et Stanlei. ad Aeschyl. Choëph. 5.

34) Sic reponimus pro βρέμει, quod Herodotus et Sui-

αὐταὶ 35) ἀνακλίνεσθε θύραι· πλῦτος γὰρ ἔσεισι
πολλὸς, σὺν πλύτῳ δὲ καὶ εὐφροσύνη τεθαλυῖα,
εἰρήνη τ' ἀγαθή. ὅσα δ' ἄγγεα, μεστὰ μὲν εἴη,
κυρ-

Suidas habent. Male captaſſent viri, ad cuius fores perueniſſent, beniuolentiam, ſi βρέμειν eum dixiſſent. Homer. Iliad. π, 596. ὄλβῳ τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν. Il. μ, 104. ὁ δ' ἔπρεπε διὰ καὶ πάντων. cf. Pind. Pyth. X, 106. Olymp. I, 3.

35) Herod. et Suid. αὐτάρ. Sed bene correxit locum Pierſonius Veriſimil. p. 39. quam correctionem recepit etiam Erneſtius et Wolfius. Imitatus videtur Εἰρεσιώνης auctorem Callimachus h. in Apoll. 5. αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε θυράων. αὐταὶ igitur eſt *veſtra ſponte*, vt ſaepius αὐτὸς et *ipſe* apud vtriusque linguae ſcriptores legitur, v. Interprett. ad Callim. l. c.

36) Pro κυρβαίη, quae eſt lectio Herodoti, Suidas habet κυρκαίη. κατὰ καρδόπυ, quod etiam ap. Herod. eſt, mutauit Suidas in κατὰ δόρπυ. Pro ἕρπεο, quod vterque habet, ἕρκεα ſcripſi. Vera fuit hic verſus crux interpretum. Barneſius κυρβαίη, de cuius veritate dubius manet, a κύρβεις ductum putat, ὅτι κύρβεων δίκην ἦν τετράγωνος. Erneſtius, vt maſſam *tumidam* exſculpat, vt ſolet eſſe maſſa, ſi a fermento attollitur, etiam a κύρβις repetit. Κύρβις, quod Schol. Ariſtoph. Nub. 447. interpretatur ἡ σανὶς ἔνθα ἦσαν οἱ νόμοι γεγραμμένοι. Aliud Schol. l. c. de-



κυρβαίη 36) δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπυ ἕρκεα μάζα.

του

l. c. deducit ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀναβάσεως (miror, Ernestium rescriptum cupere ἀνατάσεως). Suidas a κεκορυφῶσθαι. Sed a κύρβις nemo ex analogia Gr. linguae adiectiuum κυρβαίη duxerit. Barnesius etiam Suidae lectionem tentauit κυρκαίη, vt esset a κυρκᾶν, pro κυκᾶν, sic vt κυρκανᾷ ap. Hesych. ταράσσει, massa *turbulenta, tumultuosa.* Politus κυρβαίη a Cyrba, vrbe Pamphyliae, ap. Steph. arcessit, mazarum praestantia fortasse celebri, aut scribi iubet ἑκταίη, vt sit massa grandis, sex choenicum. Sed hoc nihili. Nobis aliquando placebat κυρταίη a κυρτὸς, *tumidus*, vel πυρναίη *triticea;* sed semper male nos habebat ἕρπεο in imperatiuo post optatiuum *tertiae* personae: quam duritiem miror neminem offendisse. In mentem etiam venit, πῦρ καίοι δ' αἰεὶ, κατὰ δόρπυ ἕρποι μάζα, *semper luceat igne focus, et maza ad prandium serpat (Kuchen muss bey ieder Mahlzeit geschlichen kommen)*, cf. Epigr. XIII, 5. in Wolf. Quam coniecturam vidi deinde etiam Pauium attulisse, nisi quod καίη et ἕρπη scribat. Sed nunc κυρβαίη retineo. Est vero non adiectiuum, sed verbum a κύρβημι, per contr. pro κυρήβημι; vt ἀμβαίη, καταβαίη, εἰςβαίη, dictum est κυρβαίη. Aliae formae sunt κυρβᾶν vel κυρβάζειν, κυρβαίνειν Hesych. κυρβάσαι, ἀποσκιρτᾶν. Dicitur igitur de animalibus cornu se inuicem ferientibus, Hesych. κυριβάσασθαι (κυρηβάσασθαι) διαμαχέσασθαι ἀπὸ τῶν κριῶν καὶ τράγων, ἔνθεν καὶ τὸ κυρίσσειν. Id.

κυ-

τοῦ παιδὸς δὲ γυνὴ κατὰ δίφρακα 37) βήσεται
ὑμνοῖς 38).

ἡμί-

κυρίσσει, κερατίζει, τύπτει μετὰ τῆς κεφαλῆς. κυρίζειν, κέρασι μάχεσθαι. Sic legitur κυρηβάζειν πρὸς τὸ σκέλος ap. Ariſtoph. Equit. 272. pro quo idem Comicus dixit τὸ σκέλος λακτίσαι, Lyſiſtr. 799. et Nubb. 136. ἀπεριμερίμνως τὴν θύραν λελάκτικας; pro quo Plautus dicit: *quis illic eſt, qui tam proterue noſtras aedes* arietat, Truc. II, 2. h. e. κυρβάζειν, vel κυρβάναι πρὸς τὴν θύραν. Pro ἔρπεο, quod in media forma, quantum equidem ſcio, non occurrit, nec occurrere poteſt, ſcribo ἔρκεα *ſepta*: nam vt Pindarus Nem. X, 68. dixit ἔρκεα ἀγγείων, pro vaſis, ita hic ſcriptum fuiſſe a poeta καρδόπυ ἔρκεα credo. κάρδοπος autem eſt auctore Cyrillo Lex. MS. Brem. ap. Albert ad Heſych. T. II. p. 148. κάμπτρα, οὗ τὰ ἄλευρα μαλάσσυσι, et Etym. M. et Suida ἡ μάκτρα τῦ ἀλεύρυ. Senſus igitur verſiculi eſt: *ſemper mactrae ſepta arietet maſſa*, h. e. ſi fermento ſubacta fuerit, tanta vehementia ſurgat, et ſe attollat, vt mactrae ſepta rumpere minetur; quod indicium eſt praeſtantiae. Apud Lacedaemonios inter ſaltationes nuptiales placentae variis formis circumferebantur κυρίβαινες h. i. q. κυρήβαινες (v. Athen. Dipnoſ. X. a Pottero T. II. p. 531. laudatum) fortaſſe propter naturam maſſae. Ceterum poſt hunc verſ. ſequitur ap. Suidam alius, qui in Herodoto deſideratur: νῦν μὲν κριθαίην, εὐώπιδα, σησαμόεσσαν. Portus ſcribit: κριθαίη, εὐῶπις, σησαμόεσσα; Barneſius: καὶ μετὰ κριθαίην κ. τ. λ. ſed nos hunc verſum in alium locum migrare iuſſimus.

37) δί-



ἡμίονοι 39) δ' ἄξουσι κραταίποδες ἐς τόδε δῶμα,

αὐτὴ

37) δίφρακα sic recte Barnesius restituit ex vitioso διφράδα βήσεται ap. Herod. et δίφρα καταβήσεται ap. Suidam. δίφραξ, interprete Hesychio, est κλιντὴρ, θρόνος γυναικεῖος. Kusterus ad Suidam volebat: γυνὴ δίφρων ἐπιβήσεται; sed hoc nimis recedit a lectionis vestigiis.

38) Sic nos dedimus pro Suidae ὑμνεῖν. Herodotus habet ὕμμιν. Sed sensus erit frigidus. Placebat aliquando βήσετ' ἀμύμων, quo epitheto saepius apud Hom. mulieres ornantur, v. c. Il. ι, 128. τ, 193. ψ, 263. Sed iuuat nunc Suidae vestigiis inhaerere. Sponsae inter cantum in domum sponsi traducebantur, quod docet Homerus Iliad. σ, 490. sq. Hesiod. Ἀσπ. 273 - 280. Eurip. Hel. 728. Catull. carm. 63. cf. Potter. Archaeol. T. II. p. 527. Talis cantus vocabatur ἁρματεῖον μέλος v. Schol. Eurip. Orest. 1385. et Musgrau. ad h. l. coll. Hesych. et Suida. ὕμνος non solum cantum in deorum laudem, sed quemuis cantum significat, et idem est, q. ἀοιδὴ v. c. ap. Homer. Odyss. θ, 429. Nam est ab ὕω, ὕδω (vnde ὕδειν, ὑδέουσι ap. Hesych. ὑδέονται ap. Apoll. Rhod. II. 520.) ὕσω, ὕμαι, ὑμένος (intell. μυθὸς vel simile quid) per contract. ὕμνος *cantus*. Pro ἁρματείῳ adhibuit Musaeus Her. et Leand. 275.

39) Pro ἡμίονοι ἄξουσι, Suidas habet αὔξουσι, vitiose. Rem illustrat Suidas, loco iam a Kustero indicato, s. v. ζεῦγος ἡμιόνικον: ζεῦγος ἡμιόνικον, inquit, ἢ βοεικὰν ζεύξαντες, τὴν λεγομένην


αὐτὴ δ' ἱστὸν ὑφαίνοι 40) ἐπ' ἠλέκτρῳ 41) βεβαυῖα.

νευμαί

γην κλινίδα, ἥ ἐστιν ὅμοια διέδρῳ, τὴν τῆς νύμφης μέθοδον ποιῦνται. παραλαβόντες δὲ αὐτὴν ἐκ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐπὶ τὴν ἅμαξαν ἄγυσιν ἐς τὰ τῦ γαμοῦντος ἑσπέρας ἱκανῆς.

40) Herodot. *αὐτὴ δ' ἱςὸν ὕφαινοι*, quae perturbata ſunt ap. Suidam: *αὐτὴ δ' ὕφαιν' ἱςὸν*. Sed, quia frigidus ſenſus eſt: *ipſa telam, texat*, videtur ſcripſiſſe auctor *εὖ δ' ἦγ' ἱστ. ὑφ.* h. e. bene et ſcite texat, *ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς* et *εὐμίτοις πλοκαῖς* ap. Eurip. Iph. Taur. 814 et 817. — Ita olim. Nunc aliter de hac ſcriptura ſentio. *αὐτὴ δ'* bene ſe habet; opponitur ipſa mulier *ἡμιόνοις* eam vehentibus.

41) Haec eſt lectio Herodoti. Suidas: *ὡς λέκτρα βεβηκυῖα*. Eſt hic locus e difficillimis. Quid eſt *ἐπ' ἠλέκτρῳ βεβαυῖα*? Vulg. interpres: *haec premat electrum pedibus*. Erneſtius: *electro inſiſtens*, quod tamen deinde reprobauit, Gesnerum ſecutus, de quo mox. Primum electrum quid hoc loco ſit, non ſatis certum eſt. Electrum vel ſuccinum ſignificat, vel metallum quoddam argento pretioſius, vilius auro, vid. omnino Bochart. Hieroz. VI, 16. p. 871. ſeqq. Salmaſius ad Solin. p. 761. ſeqq. Scalig. ad Manil. p. 415. Doruill. ad Charit. 632. Lipſ. Metallum vel naturale eſt vel factitium. Plin. H. N. XXXIII, 4. *omni auro ineſt argentum vario pondere. Vbicunque quinta argenti portio eſt, electrum vocatur*: ſed L. IX, 41. *argentum auro confundere, vt fiant electra*. Fortaſſe reſpondet illi auri generi, quod nos dicimus *Kronengold*, *Pragergold*, cui tamen non argentum ſed Cyprium aes admiceri ſolet, opponentes



νεῦμαί σοι, νεῦμαι ἐνιαύσιος, ὥστε χελιδὼν 42).

ἕστηκ'

tes nobiliori, ex quo Ducati cuduntur. Iam quid ἐπιβαίνειν significet videndum. Apud Hom. Iliad. ε, 666. et Sophocl. Oedip. Col. 179. est *incedere.* Quare non sine ratione a vulg. interprete: *super electro incedens* redditum. Esset ergo: *super pauimento incedat, tessellis et segmentis electri ornato.* At vereor, vt solum vel pauimentum domus apud vllum beatiorum illius aetatis cultum fuerit electro, siue de metallo intelligas, siue de succino: etiamsi alia omnia auro et argento fulgerent, vt apud Menelaum Odyss. δ, v. 73. Gesnerus de Electro Veterum (Commentt. societ. Gott. T. III. p. 85.) docet ἐπιβεβαυῖαν etiam significare *insidentem*, ex locis Odyss. ε, 130., vbi Calypso Vlyssem excipit περὶ τρόπιος βεβαῶτα h. e. *inhaerentem, insidentem* carinae, non insistentem, quod ipse Odyss. μ, 425. dicit, ἑζόμενος δ' ἐπὶ τοῖς (τρόπιϊ et ἱστῷ) φερόμην; et Hesiod. ἀσπ. 307. εὐπλεκέων ἐπὶ δίφρων ἡνίοχοι βεβαῶτες ἐφίεσαν ὠκέας ἵππους. His addi potest, Eurip. Troad. 1078. οὐράνιον ἕδραν ἐπιβεβηκώς, et in N. T. Matth. XXI, 5. ὁ βασιλεὺς ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον. Sedendi notio per consequens demum subiicitur; re ipsa significat ἐπιβεβηκὼς, vt praesens perfectum, eum, qui conscendendi actionem absoluit (*den, der bestiegen hat*); deinde demum sedentem; sic περιβεβαὼς τρόπιος est, qui amplexus est cruribus carinam (*der den Kiel mit den Füssen umklammert hat*) et in tali statu manet. Si haec notio ad nostrum locum transfertur, erit ἐπ' ἠλ. βεβαυῖα, insidens electro h. e. sellae, laminis, tessellis, fulcris electreis


con-

ἔστη' ἐν προθύροις 43) ψιλὴ πόδας. ἀλλὰ
φέρ' αἶψα 44)

[νῦν

conspicuae. Intelligendum tunc erit electrum succinum: ex hoc enim fiebant λαβαὶ μαχαίραις et πόδες κλίναις et alia ornamenta apud veteres v. Eustath. ad Odyss. δ, 73. Schol. Aristoph. ad Equit. 532. Hoc quidem restat difficultatis, quod ἐπιβαίνειν frequentius cum secundo aut quarto casu ita legatur: non tamen ἤλεκτρον aut ἠλέκτρου scripserim, quum etiam tertius casus aliquoties reperiatur, v. c. Achill. Tat. VII. p. 441. Salmas. ἐπιβὰς ἵππῳ. Charit. Aphrod. II, 3. ἵππῳ ἐπέβη, vbi v. Dorvill. p. 304. Lips. Sed quo minus huic explicationi subscribam, aliud quid me detinet, quod scilicet matronae texentes stare et ambulare circa machinam textoriam solebant, etsi contrarium moneat Ernestius Corrig. et Addend. ad Hom. p. 48. Testatur illud Eustath. ad Iliad. α, 31. ἑστῶσαι γὰρ καὶ ἐπιπορευόμεναι ὕφαινον αἱ ποιούμεναι τὴν ἱστουργίαν, διὰ τὴν τῶν ὑφαινομένων ὡς εἰκὸς πλατύτητα. πρώτη δέ τις Αἰγυπτία γυνὴ καθεζομένη ὕφανεν. Ex modo actionis ductus modus loquendi ἱστὸν ἐποίχεσθαι Il. α, 31. Odyss. ε, 62. vid. omnino Braunium de vest. sacerd. Hebr. p. 273. Itaque alio modo locum capiendum arbitror. Ἤλεκτρος h. l. est metallum, non succinum, et per metonymiam significat κερκίδα, seu radium textorium electreum. Radius textorius, seu pecten (v. Virgil. Aen. VII, 14. Georg. I, 294.) propius accedebat ad formam pectinis seu plectri musicorum (de quibus v. Perizon. ad Ael. V. H. III, 32.), et a nostrorum textorum nauiculis plane erat diuersum; v. Heyn. ad Virg. ll. cc. Acuminatam κερκίδα fuisse ex eo intelligitur,

quod



[νῦν μὲν κριθαίην, εὐώπιδα, σησαμόεσσαν 45),] πορ-

quod Sophocles Antig. 976. Phinei liberos κερκίδων ἀκμαῖσι occoecatos tradit; et apud Apollodor. II, 8, 1. Alcmene Euristhei capiti, ab Hyllo abscisso et ipsi tradito, oculos κερκίσι effodit; quare non potest fieri, vt κερκὶς ex succino elaborata fuerit. Vulgo radii isti ferrei erant. Schol. Soph. l. c. κερκίδων, ἤτοι σιδηρῶν ἀτράκτων vel etiam e buxo (v. Ouid. Metam. VI, 132.): sed deae habebant *aureos;* sic Calypſ. ap. Homer. (Odyſſ. ε, 62.) χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν. Electrum vero etiam, metallum, adhiberi potuisse, quum per se apparet, tum doceri potest ex loco Aristoph. Equit. 532. vbi epitonia lyrae (*die Wirbel*) quibus fides intenduntur, quibusque κερκίδες forma non adeo dissimiles fuisse videntur, dicuntur αἱ ἤλεκτροι; ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' ἐνόντος. Scholiastes hallucinatur, quod succinum materiam epitoniorum fuisse existimat: nam parum aptum illud ad fides intendendas fuerit. Si textrices veterum nauiculas iis nostrorum textorum similes habuissent, omnino dandum esset, e succino fuisse, quum Plinius (H. N. XXXVII, 2.) tradat, in Syria feminas verticillos inde fecisse et vocasse harpaga, quia folia et paleas, vestiumque fimbrias rapiat. Quod Gesnerus putat metallum electrum ignotum fuisse Homero, id nihil impedit: nam primum loca Odyſſ. δ, 73. et Hesiod. ἀσπ. 142. vix aliter, atque de metallo possunt intelligi, deinde haec cantiuncula non est ab Homero scripta. Ἠλέκτρῳ est igitur datiuus instrumenti, et ἐπιβεβαυῖα, incedens, *aggrediens radio electreo telam,* sicut ἐποιχομένη, vt sensus loci sit: *scite vero telam texat electreo radio eam aggrediens;*

πορσαίνων τόνγ' Ἀπόλλωνα Ἀγυιέα, δός τι 46).

Ἰαμ-

diens; quod eodem fere modo Homerus Odyſſ. ε, 62. de Calypſo: ἱςὸν ἐποιχομένη, χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν.

42) Haec eſt lectio Herodoti. Suid. vitioſe νεῦμαι τέ τοι εὔμαιον. ἐνιαύσιος ἐςαι χελιδών. Forma νεῦμαι eſt etiam Il. σ, 136. Apollon. Rhod. II. 1153.

43) Herodot. ἐν προθύροισι, ſequitur deinde apud eum καὶ εἰ μέντοι δώσεις etc. Quae nos ex Suida exhibemus ap. Herod. deſiderantur. Suidas habet: ἕςηκε πρὸ θύρης ψιλὴ πόδας. Non male. Sed vſitatius ἐν προθύροις vel ἐπὶ προθύροις v. Iliad. χ, 71. λ, 776. σ, 496. ἕςηκ' eſt pro ἕςηκε, non ἕςηκα, vt Barneſius reſcripſit, et Erneſtius habet: *ſto vero ad fores:* pertinet enim ad χελιδών, ſicut, quod ſequitur, ψιλὴ πόδας, quod peſſime a Barneſio in ψιλὸς πόδας mutatum et ad canentem relatum. ψιλὸς πόδας non eſt *nudus* pedibus, ſed gracilis, tener pedibus: egregium hirundinis epitheton. Non tenuit V. D. notionem τοῦ ψιλὸς, quum *nudum* ſignificat. ψιλὸς πόδας ἕςηκα eſſet: pedibus ſolum ſto (*ich ſtehe blos* [nur] *mit den Füſſen*)! ! Ceterum locum vsque ad fin. ita refinxit, addendo et detrahendo:

ἕςηκα πρὸ θυρέων μετ' Ἀγυιέος Ἀπόλλωνος.
ἕςηκα πρὸ θυρέων· ψιλὸς πόδας. ἀλλὰ φέρ' αἶψα,

αἶψα

Ἴαμβοι 47).

Εἰ μέν τι δώσεις· – εἰ δὲ μή, οὐχ ἑστήξομεν,

οὐ

αἶψα φέρ', εἰ δώσεις τι. καὶ εἰ δώσεις τι, μενέμεν.
εἰ δὲ μή, ᾠχόμεθ'· οὐδὲ συνοικήσοντε πάρεσμεν.

44) Haec ex Suida, vbi tamen non ſequente verſu excipiuntur; ſed tertio πορσύναι etc.

45) Hunc verſum, qui apud Suidam extat, ſed alio loco, poſt verſ. 6., in hunc locum deduxi, vbi habet, quocum ſe conſociet. Omiſſus eſt a librario, deinde in margine allitus. Alius, rei ignarus, quum videret, de placenta eum agere, ad verſ. 6. vbi μάζα commemoratur, ablegauit. Alii, qui ſentiebant, parum amicum eſſe illorum contubernium, exulem egerunt. Hinc fit vt in Herodoto plane non compareat; in Suida alieno loco. Portus, vt ſedem eius tutiorem praeſtaret, eum ſe ſocio (v. 6.) magis accomodare iuſſit, ſatis crudeliter: Νῦν δὲ κριθαίη εὐῶπις σησαμόεσσα. Ego, vbi hic ei ſedem deſignaui, ne iota quidem muto. Pro εὐώπιδα placebat aliquando εὐώδεα. Sed non eſt neceſſe. εὐῶπις enim εὐὼψ, εὐωπὸς etiam de inanimantibus dicitur, vt Eurip. Ion. 1611. εὐωποὶ πύλαι. Σησαμόεσσα eſt Heſychio ἐκ σησάμης κατεσκευασμένη μάζα Σησαμοῦς, πέμμα ἐκ μέλιτος καὶ σησάμης. Hoc legitur ſaepius v. c. Ariſtoph. Theſm. 570. Pac. 869. Apud Apicium pertinet Seſamum et papauer ad condimentaria ſemina v. Salmaſ. ad Solin. p. 261. b. C. *Sumiae* placentae erant nobiles v. Athen. XIV. p. 644. Pollucem Onom. VI, 11. ſect. 78. Tertullian. adu.

 Mar-

εὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν.

Duos

Marcion. III, 5. et Cael. Rhodig. Lection. Antiq. IX, 16. p. 472. — Ita olim defendi verſum poſſe putabam. Nunc vncis eum cohibendum cenſeo. Eſt additamentum puerorum, qui, non contenti, in vniuerſum aliquid petiiſſe, contra magiſtri, qui carmen docuerat, voluntatem, praeſcribebant, quid ſibi dari vellent. Videntur ſequenti verſui ſubiunxiſſe.

46) Sic emendauimus verſum corruptiſſimum ap. Suid. πέρσαι τῶν Ἀπόλλωνι γυιάτιδος. Ἀγυιεὺς et Ἀγυιάτης erat Apollo viis vrbanis praepoſitus, v. Macrob. Saturnal. I, 9. Sic occurrit Eurip. Phoeniſſ. 634. Ariſtoph. Veſp. 870. Horat. IV. Odar. 6, 28. Plaut. Bacch. II, 1. 3. *Saluto te, vicine Apollo, qui aedibus propinquus noſtris accolis.* Nimirum ſic etiam vocabatur ara Apollini ante fores erecta, Ariſtoph. Theſmoph. 489. Sophocl. Laocoon. p. 630. T. IV. Brunk. Ἀγυιάτιδες θεραπεῖαι Eurip. Ion. 185. vbi v. Barneſ. v. Heſych. et Harpocrat. in Ἀγυιεὺς et Suid. in Ἀγυιαί. Ex τιδος, quod ſupereſt de vitioſo γυιάτιδος, feceramus olim δεινὸν, quo Apollo ſaepius ap. Homerum ornatur, v. c. Il. δ, 514. et quod ad hunc locum aptiſſimum eſſet; ſed eſt lenius δός τι. Apollini, viarum intra pomoerium praeſidi, ſacra erant Nouilunia (v. Meurſ. Graec. Fer. in Νουμήνια), quibus hoc carmen cantari ſolebat, teſte Herodoto: mendici igitur, vias pererrantes, in eiusdem tutela erant. Sicut autem priſci aeui homines alios hoſpites recipiebant, Iouem ἱκετήσιον (Odyſſ. ν. 213.) et ξένιον (ξ, 389. φ. 27.) reuerentes, ita h. l. homo beatus, vt liberalem ſe praeſtet in egenos, Apollinis viarum inſpectoris numen



Duos vltimos verſus, iambos, non ſemper, nec vbique, addidiſſe pueri cenſendi ſunt; ſed tum demum, quum viderent, ſe nihil accipere. Poſtularunt igitur, quaſi indignabundi, vt dominus, ſi quid dare vellet, properaret: ſibi enim diutius expectandi et tempus fruſtra terendi nec voluntatem eſſe, nec otium. Iam vero quis credat, talia ad potentiorum fores ceciniſſe eum, qui Iliadem et Odyſſeam maxima

numen reuereri iubetur. προσαίνειν cum quarto caſu in notione *venerandi* et *colendi* legitur ap. Apoll. Rhod. II, 719. III, 1124. Si auctoritate aliqua confirmari poſſet gloſſa Heſychii: δῶττις, δῶς φερνη: ſcribi poſſet: προσαίνων τῶγ' Ἀπόλλωνι ἀγυιεῖ δῶττιν; vel δωτὺν; nam δωτὺς ap. Suid. ἡ τροφή. Fortaſſe etiam locum haberet δῶσις pro δόσις vt δώτης et αἰδώτης, δωτὴρ etc. ſed ſine idoneo exemplo nihil audeo.

47) Sequendum puto Valkenar. ad Herodot. VIII, 62. et ante eum Caſaub. ad Athen. VIII. καὶ eſt ab auctore Herodoto, verſus hos cum praecedentibus connectente. Nos aliquando ad Hexametros ſic reuocari poſſe credidimus:

καὶ εἰ μέν τοι: — εἰ δέ κε μὴ, ἑστήξομεν οὐ δήν.
οὐ γὰρ τοίγε συνοικήσοντες σ' ἤλθομεν ἔνθα.

Ad καὶ εἰ μέν τοι ex praeced. repetendum eſſet οἴσεις. Sic Eurip. Oreſt. 239. λέξεις τί καινόν; κεἰ μὲν εὖ, χάριν φέρεις· εἰ δ' εἰς βλάβην τιν', ἅλις ἔχω τοῦ δυστυχεῖν. Sed prior minus aptam caeſuram habet; vt de violentia correctionis taceam.


optimorum lectiſſimorumque hominum frequentia cecinit? Haud dubie alius poeta, cetera non ineptus, hoc carmen condidit, et fortaſſe per iocum, aut etiam neceſſitate coactus oſtiatim cantauit vel alios cantare docuit. Fieri etiam poteſt, vt nominis ambiguitas fraudem fecerit iis, qui de Meleſigenis rebus ſcripſerunt, quum Ὅμηρος non proprium nomen ſit, Iliadis ſcriptori a pueris dictum, ſed vel *coecum* 48) ex Cumana dialecto, vel *poetam* et *muſicum* 49) ſignificet. Praeter hunc Samium morem Εἰρεσιώνης geſtatione ſtipem corrogandi, alius honeſtior mendicandi modus, qui commemorari meretur, tenuit apud Rhodios, vbi menſe Βοηδρομιῶνι pueri circumibant, et pro hirundine ſtipem colligentes carmen canebant. Solemnitas illa, cuius auctor Cleobulus Lindius fuiſſe perhibetur, quum pecunia opus eſſet Lindiis, dicebatur Χελιδόνια, vt ii, qui canebant pro hirundine, χελιδονισαὶ, res χελιδονίζειν. Carmen, quod Athenaeus lib. VIII, p. 360. et Euſtathius p. 1914. ſeruarunt, ſed vitioſum et legibus ſolutum, hic emendatum habes et numeris rurſus adſtrictum 50).

ἦλθ'

48) v. Herodot. V. Hom. 13. Heſych. v. Ὅμηρος: eſt quaſi p. Metatheſin μήορος.

49) Ab ὅμȣ et ἄρω, vel etiam ῥέω ſit ὁμηρεύειν, quod Heſych. interpretatur συμφωνεῖν. ὁμηρεῦσαι, ὁμοφωνȣ͂σαι, ὁμȣ͂ λέγȣσαι. Heſiod. Θεογ. 39. φωνῇ ὁμηρεῦσαι.

50) In verſiculos, certe lineas, diſtinxit etiam Meurſius Graec. Fer. ſ. χελιδόνια. Metrum ſit Ion.



ἦλθ' ἦλθε χελιδὼν,
καλὰς ὥρας 51) ἄγεσα
καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς *),

ἐπὶ

Ion. a mai. Dimetrum Brachycatal. quod praeter Ionicos etiam paeonas ſecundos, et propter vltimae ſyllabae ἀδιαφορίαν epitritos tertios et diiambos, et per contractionem Ionici et paeonis ſecundi moloſſos (choriambos, ſi in medio ſoluti ſunt), et bacchios, deinde loco Ionici numeri ditrochaeos, et, qui his pares, epitritos ſecundos et quartos, veros illos et ſolutos, et diſpondeos recipit; ſed reſpuit pro trochaeo dactylum, et pro ditrochaeo duplicem anapaeſtum, anapaeſtum cum tribracho aut ſpondeo, ſpondeum cum anapaeſto aut tribracho, quia, ſi dactylus, ſiue in prima ſiue in ſecunde ſede, reciperetur, ſolutio longae ſyllabae loco breuis poſitae contra numeri leges fieret, atque adeo, dactylo primam ſedem tenente, ſuperflua eſſet aut longa aut breuis ſyllaba, quum choriambus, h. e. ſolutus moloſſus iam numerum expleret; et, ſi duplex anapaeſtus intraret, longa ſyllaba ab ionico ab initio ſoluto; ſi anapaeſtus cum tribracho, breuis ſyllaba ex ionico ab initio ſoluto; ſi anapaeſtus cum ſpondeo, longa ſyllaba e moloſſo ab initio ſoluto; ſi ſpondeus cum anapaeſto, longa ſyllaba ex ionico vero; ſi ſpondeus cum tribracho, breuis ſyllaba ex ionico vero redundaret, et numerum turbaret.

51) Per Dorismum accuſatiui primae declin. corripiuntur, vt ſaepe ap Theocrit. v. c. Idyl. 7, 87. τὰς καλὰς αἶγας. Idyll. 10, 38. ἦ καλὰς ἄμμε ποιῶν. Idyll. 21, 1. τὰς τέχνας ἐγείρει.

*) Vt euitetur dactylus in ſecunda ſede ditrochaei, καλοὺς pronunciandum eſt καλὸς, vt ap. Theocrit. I, 90. τὰς παρθένος; IV, 11. τὼς λύκος; V, 112. τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας.

ἐπὶ γαστέρα λευκά.
ἐπὶ 52) νῶτα μέλαινα.
παλάθαν οὖν 53) προκυκλεῖν 54)
ἐκ πίονος οἴκου,
οἴνου τε δέπαστρον
τυροῦ τε κάνιστρον

καὶ

52) Sic habet Euſtath. Athenaeus κἀπὶ, quod tamen metri leges non ferunt: eſt trochaeus c. dactylo.

53) Athen. παλάθαν οὐ. Euſtathius hunc locum non habet, ſed interpretationem eius, parum, vt mihi videtur, commodam: εἶτα ὡς ἐν συνόψει φάναι, οὐ παλάθαν ζητοῦμεν οἴνου τε δέπαστρον. Num vero tam modeſti et paucis contenti eſſe potuerunt hi, qui iambos iſtos cecinerunt: εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομες. ἢ τὰν θύραν φέρωμες, κ. τ. λ. Deinde ἐκ πίονος οἴκȣ non ſatis congruit cum praecedente negatione. Anapaeſtus cum trochaeo vel pro ditrochaeo habendus, vel pro epitrito quarto quinque ſyllabarum.

54) Hoc a Caſaubono. Athen. προκυκλεῖς. Caſaubonus putat, legi poſſe προκύκλει. Recte. Ceterum προκυκλεῖν, quo verbo Lexica carent, haud dubie ex theatris petitum, vbi machina erat ἐκκύκλημα dicta, cuius ope, quae intra domus parietes fiebant, ſpectatorum oculis ſubiici poterant: quae actio vocabatur ἐκκυκλεῖν, ſi e domo in ſcenam; εἰσκυκλεῖν, ſi e ſcena in domum perſona vehebatur. v. Polluc. IV, 128. ſic Ariſtoph. Acharn. 408. 409. et Theſm. 96. ἐκκυκλεῖν; et Theſm. 265. εἰσκυκλεῖν. cf. Brunk. ad Theſm. 96. Pro ἐκκυκλεῖν dictum etiam eſſe potuit προκυκλεῖν: et ſicut Ariſtophanes Veſp. 1475.

καὶ πύρνων 55). Χελιδὼν
δὲ 56) καὶ λεκιθίταν 57)

οὐκ

1475. tropice dixit: ἄπορά γ' ἡμῖν πράγματα δαίμων τις εἰσεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν; ita προκυκλεῖν ἐξ οἴκου, tropo comico, vſurpatum eſſe credo.

55) Sic reſcribendum putaui. Apud Athen. πυρῶν, quod non ſatis aptum eſt h. l. Euſtathius hunc verſum omittit. πύρνον vel πύρνη eſt panis fruſtum, vel panis paruus integer triticeus (*Semmel*); quae dari ſolebant mendicis, v. Hom. Odyſſ. ρ, 362. coll. 12. ο, 311.

56) δὲ a me additum, quod metrum et ſenſus illud poſcit. Euſtathius habet αἱ χελιδὼν. Athenaeus articulum rectius omittit.

57) λεκιθίτης non eſt panis, in quo eſt vitellus oui, vt Lexica explicant: eſſet enim tunc idem fere, quod apud nos genus placentae, *Eyerkuchen* vel *Prophetenkuchen* dictum; quod h. l. vbi a delicatiori cibo ſit transitus ad viliorem, parum aptum eſſet; ſed λέκιθος ſignif. etiam piſum (*Erbſen*). Schol. Ariſtoph. Plut. 427. λέκιθος δὲ κυρίως, τὸ ξανθὸν τοῦ ᾠοῦ· διὰ τὸ τῷ λέπει κεύθεσθαι. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀσπρίου, ὃ καλεῖται πίσον, ὅτι ἐν Πίσῃ τῆς Ἤλιδος κατακόρως φύεται· διὰ τὸ ἐοικέναι τὴν χροιὰν λεκίθῳ ᾠοῦ. Sic occurrit Lyſiſtr. 561. Hinc λεκιθόπωλις Plut, l. l. anus, quae legumina vendit, pr. piſa. Schol. ἀπὸ μέρους ἓν τὴν ὀσπριόπωλιν δηλοῖ. Eſt igitur λεκιθίτης panis piſinus (*Erbſenbrod*). Vocabatur etiam ἐτνίτης, ab ἔτνος *pulmentum ex leguminibus freſis et coctis*; vid. Athen. III. p. 111. et p. 114. vbi vtroque loco vitioſe ſcribitur; atque

οὐκ ἀποωθεῖται 58).

Ἴαμβοι.

πότερ᾽ ἀπίωμες, ἤ τι πȣ 59) λαβώμεθα.
εἴ μέν τι δώσεις· εἴ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομες.
ἢ τὰν θύραν φέρωμες, ἢ τὸ ὑπέρθυρον,
ἢ τὰν γυναῖκ, τὰν 60) ἔσω καθημέναν.
μικρὰ μέν ἐστι, ῥᾳδίως μὶν οἴσομες.
ἂν δὴ φέρῃς τι, μέγα τι δή μοί 61) κεν φέροις,
ἄνοιγ᾽ ἄνοιγε τὰν θύραν χελιδόνι,
οὐ γὰρ γέροντες ἐσμὲν, ἀλλὰ παιδία.

Poſte-

que in priori quidem εὐνίτης, in poſteriori autem ἐνίτης.

58) Apud Athen. et Euſtath. ἀπωθεῖται. Metri cauſa ſcripſi ἀποωθεῖται; nihil frequentius apud poetas, quam vt vocalem praepoſitionis ſeruent, ἀποειπεῖν, ἀποαιρεῖσθαι, ἐπιελθεῖν, ἀποόμνυμι etc.

59) Apud Athen. et Euſtath. ἢ λαβώμεθα, et coniunctus eſt verſiculus cum praecedentibus. Senſus autem poſtulat, vt ad ſequens carmen trahatur; metrum, vt aliquid inſeratur; id quod feci per τι πȣ.

60) Sic Athen. Euſtath. autem κὰν; fortaſſe κᾆν. Non male!

61) Athen. μέγα δή τι καὶ φέροις. Sed metrum claudicat. Euſtathius hunc et praecedentem verſum non habet. Barneſius ad Homeri Εἰρεσιώνην, ita emendat: μέγα τί μοι δὴ καὶ φέροις. Sed καὶ intolerabile h. l. Equidem puto verſum optime ſic fluere, vt ſcripſi.

ἢ ἄρτον, ἢ ἡμαιθον 65), ἢ ὅ τι τις χρήζει·
δότ', ὦ 'γαθοί, τὶ τῶν ἕκαςος ἐν χερσὶν
ἔχει κορώνη, καὶ ἄλα 66 · λήψεται χόνδρον,
φιλεῖ γὰρ αὕτη πάγχυ ταῦτα δαίνυσθαι.
ὁ νῦν ἄλας δὲς, αὖθι κηρίον δώσει.
ὦ παῖ θύραν ἄγκλινε· πλοῦτος 67) ἤκουσε.

καὶ

Ecl. IX, 15, Sic ap. Apoll. Rhod. III, 939. coll. 930. ὀμφὴν edit θεήλατον. Quam ob caussam Phoebi potest dici famula, et *comes*, vt ap. Ouid. l. c. 588. ipsa datur *comes Mineruae*, et vt coruus (vs. 544.) *Phoebëius ales*, et Apollo (v. 547.) *dominus* eius audit. Potuerunt etiam ex diuersa fabula, ea, quae coruus fecit, cornici tribui. Sed vt ὁ παῖς seruum saepius significat, de quo viri docti passim, ita ἡ παῖς potest esse *famula*. Ammon. p. 110. παιδίσκη καὶ παῖς διαφέρει. Παιδίσκη μὲν γὰρ, ἡ ἐλευθέρα παρ' Ἀττικοῖς· παῖς δὲ, ἡ θέλη.

64) Sic Casaub. pro λέχος. quod sensum dat absurdum.

65) Haec vox addenda est Lexicis. Fuit nomen nummi exigui pretii, apud alios dimidio oboli, apud Cyzicenos duobus aestimati. Hesych. ἡμαιθον, ἡμιωβόλιον, διώβολον παρὰ Κυζικηνοῖς.

66) ἄλα pro ἀλὸς χόνδρ. quod metrum respuit. Est subst. pro adiect. qua de re v. Stanlei. ad Aeschyl. Prom. 2. et quos laudauit Fischerus ad Well. p. 297.

67) Ex nimia spe, preces suas exaudiri, fingunt Coronistae, plus sibi dari, quam rogassent. Audiunt strepitum venientis virginis ficus ferentis.

καὶ τῇ κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα.
θεοί, γένοιτο πάντ' ἄμεμπτος 68) ἡ κούρη,
κἀφνειὸν ἄνδρα κ' ὠνομαστὸν ἐξεύροι.
καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κοῦρον εἰς χεῖρας,
καὶ μητρὶ κούρην εἰς τὰ γοῦνα κατθείνη,
θάλος 69), τρέφειν γυναῖκα τοῖς κασιγνήτοις.
ἐγὼ δ' ὅκου πόδες φέρουσιν ὀφθαλμοὺς,
ἀμείβομαι μούσαισι πρὸς θύρας ᾄδων,
καὶ δόντι καὶ μὴ δόντι πλεῖον αἰτητῶν 70).

ἀλλ',

tis. Conferri iubet Casaub. Callim. h. Apoll. 1. seqq. Lauacr. Pall. 14. vbi poeta per enthusiasmum fingit, numen aduentare. Sic vehementius timentes audiunt, quod, qui liber a timore est, non audit, v. Aeschyl. Sept. c. Theb. 247. seqq. πλοῦτος non diuitiarum deus, sed abstractum pro concreto (de quo vsu v. Horat. Vitring. animadu. ad Vorst. Hebr. c. 3.), diuites, ita vt non tam ad rem, quam ad modum rei respiciatur: *audiuerunt preces, sed audiuerunt vt diuites, sie fallen reich aus.*

68) Ap. Athen. μετάπεμπτος. Sed Casaub. ex libris melioribus, quos Schottus consuluerat, πάντ' ἀμ.

69) Ap. Athen. θαλός. Cet. cf. Eurip. Iphig. Taur. 233.

70) Ap. Athen. πλείονα τῶνγε, quo metrum perit. Casaub. τῶν πρόσθεν: sed tunc antea πλέονα pro πλείονα scribendum. Et quae sunt τὰ πρόσθεν? Facilius esset τουτῶνγε. Sed quae sunt ταῦτάγε? Quae iam accipiunt? At nihildum acceperunt. Scripsi αἰτητῶν. Hesych. αἰτητά, τὰ κατ' ἔρανον διδόμενα. πλεῖον αἰτητῶν, *plus, quam vulgo stipis loco dari solet.* Ante sequentes versus interponit Athe-

ἀλλ', ὦ 'γαθοὶ, ἐπορέξαθ' 71), ὧν μύχος πλουτεῖ
δόμυ 72). δὸς, ὦ 'να καὶ σὺ πότνα 73), μοι, νύμφη,
νομὸν 74) κορώνῃ. χεῖρα δ' οὖν ἐπαιτέσῃ,
τοιαῦτα εἰδὼς, δός τι, καὶ καταχρήσει.

Noſtris etiam temporibus honeſtiores mendicandi modos excogitatos eſſe, vt aliam cauſam praetendant, qui vicatim et oſtiatim victum colligunt, quam famem diramque pauperiem, et quidem carminum auxilio, quis neſcit? vt in eiusmodi mendicis honeſtioribus, in antiqua Graecia et hodierna Germania, miram ingeniorum aequalitatem reperias. Sic pueri vel adoleſcentuli, qui die, qui parvulorum Bethlehemiticorum memoriae conſecratus eſt, Magorum ex Oriente adventantium perſonas agunt, et per vrbes ac

Athenaeus: καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῦ ἰάμβυ φησὶν: ſed non puto quidquam carmini deeſſe.

71) Malim ἀπορέξαθ'. Suid. ἀπορέξαντες, ἀπομερίσαντες, ἀπόμοιραν δόντες.

72) In Athenaeo deeſt, δόμυ: ſed, ſenſu et metro poſtulante, reddidit Caſaubonus. Error in procliui propter duplex δο in δόμυ et δὸς.

73) Sic ego reſcripſi pro πολλὰ, quod habet Athen. quo nihil cogitari poteſt ineptius.

74) Athen. νόμος. Caſaub. δὸς μοὶ, nimis longe a veſtigiis lectionis recedens. Si νόμος in νομὸν mutatur, ſenſus eſt optimus:

date pabulum cornici.

Wir zogen über's Gebirg herauf,
Ein Stern wohl führte unsern Lauf 78).
Wir kamen vor Herodes's Haus;
Herodes gukte zum Fenster heraus.
Herodes sprach im falschen Sinn 79);
„Wo seyd ihr gewesen, wo wollt ihr hin?"
„Nach Bethlehem, in Davids Stadt,
„Die uns ein Stern gezeiget hat 80):
„Denn Jesus dort gebohren ward
„Von einer Jungfrau rein bewahrt."
Herodes sprach: „Bleibt heut bey mir;
„Ich will euch geben Nachtquartier 81),
„Ich will euch geben Heu und Streu
„Ihr sollt auch haben Zehrung frey."

„Ach

Sie kamen daher durch manche Gefahr.

Pro durch manche Gefahr alii: ohn' alle Gefahr; quod prorsus vitiosum est.

78) Hunc et praecedentem versum nonnulli omittunt.

79) Alii: in seinem Sinn. Alii: in starrem Sinn.

80) Nonnulli hunc versum omittunt, et statim sequentem subiungunt, leui varietate: Wo das Kind Jesus gebohren ward. Sic etiam eum, qui hunc excipit, omittunt.

81) Alii recitant: Ich will euch geben Wein und Bier.

„Ach nein! ach nein! wir müssen fort,
„Um anzubeten 82) das Kindlein dort.
„Ein Kindelein, so zart und fein,
„Muß unsere Freud', 83) und Wonne seyn."
„Wenn ihr das Kindlein sehen thut,
„So sagt mir's wieder wohlgemuth't,
„Daß ich auch reisen kann darzu,
„Und dort das Kind anbethen thu'."

Als wir gegangen 84) zum Thor hinaus,
Stand schon der Stern dort über'n Haus,
Wo Joseph vor der Krippen saß;
Da sangen wir das Gratias 85).

82) Alii: Wir haben ein klein Kindlein dort.

83) Alii sic habent: Das sollt' eure Freud' und Wonne seyn.

84) Qui narrando exponunt, hanc obseruant varietatem:

Sie gingen hin zum Thor hinaus,
Und sahen den Stern schon über'n Haus.

85) Narrantes paulo aliter: So singen wir das Gratias

Si quid acceperunt, haec addunt:

Ihr habt uns eine Verehrung gegeben,
Gott lasse euch noch lange leben.
Wir können hier nicht länger verweilen,
Wir haben zu reisen fünfhundert Meilen 86).

Günzburgi, quae vrbs est Sueuiae, ad Danubium, vbi Gunziam fluuium excipit, sita, primo die solemnium nati Christi, et sex sequentibus, pueri et puellae horis vespertinis turmatim vrbem pererrant, et ad fores beatiorum accedentes, pro infante recens nato stipem extorquent. Cantilenae, quibus vtuntur, tales fere sunt 87).

Wier

86) Magna hic est varietas. Pro vltimis duobus versiculis alii haec canunt:

Wenn wir über's Jahr werden wieder kommen,
Und werden von euch aufgenommen,
So werden wir euch finden,
Fein wohl mit euren Kindern.

Qui horis vespertinis circumeunt, hanc addunt clausulam:

Der Himmel und Erde hat gemacht,
Der gebe euch all'n eine gute Nacht.

87) Vid. Beckers Jugendz. d. an. 1785. p. 93.

Finitis eiusmodi cantilenis clamitant **Eu au! Eu au!** quod vsque dum aliquid accipiant, solent continuare. Mercedis loco datur iis placentae, quae *Zelten* 88) vocatur, portio, aut pecunia. Burgholzhusae, qui pagus est Thuringiae prope Eccardibergam, et in aliis circuli istius locis, die Iohannis baptistae ruricolarum iuuentus vtriusque sexus betulam circumfert, cuius a frondibus florum varii generis pendent fasciculi; Rhoeadum, Cyanorum et Anthemorum, in vertice autem ingens florum corona, quae dicitur corona Iohannis; cum hac betula stipem vel nummulorum aliquid vel cibi exprimere studet, hac addita cantilena:

Jetzt kommen wir hergetreten,
Mit unsrer schönen Kron,
Niemand hat uns gebeten,
Doch gebt uns unsern Lohn 89).

Denn

88) *Zelten ist eine ist eine Art Kuchen, deren jeder Bürger (auch im übrigen Schwaben), wenn er nicht ganz arm ist, am Christfest einen backen läst. Die Ingredienzien sind gedörrte Birn, Rosinen, Mandelkern, Zimmet, Zitronat, und etwas Mehl. Die besten übertreffen an Geschmack den Nürnberger und Neuwieder Lebkuchen.* Vid. Beck. Iug. Z. l. c.

89) Hic claudunt saepius cantum. Reliqua addunt, quum verendum non est, ne repulsam ferunt.

Denn unsere guten Alten
Die haben es so gehalten,
Und haben uns befohlen,
Wir solten die Würste holen.
Doch nicht genug mit Würsten;
S'ist warm, wir werden dürsten;
Drum gebet uns auch Geld.

Mercedem accipiunt praeter pecuniam cibaria, vt oua, farcimen, lardum: quae omnia sicut Thesei comites in Πυανεψίοις, olla communi coquunt, et vna comedunt. Betula, quam non immerito cum Εἰρεσιώνῃ Atheniensium comparaueris, sub dio in loco plano erigitur, vbi, quod reliquum est diei, ad multam noctem saltando et comessando laeti traducunt. Fortasse huc etiam recte vocari possent cantiones gratulatoriae, quae sub noui anni auspiciis et die Gregorii in plerisque Germaniae vrbibus, vicis et pagis, a puerorum et adolescentium cateruis peraguntur, sequentibus vel comitantibus scholarum magistris, qui tenuem suam ac parcam pro ingenti labore mercedem, tanquam stipem, ostiatim corrogare coguntur; at quum id, quod accipiunt, non donum sit dicendum, sed merces iusta ac debita laboris, quiuis bonus religioni ducet, tales viros mendicos vocare, sed anxie expectabit, dum his, quibus data potestas, hunc morem placeat abrogare, iisque, qui educationi liberorum, et institutioni in litteris et artibus liberalibus operam nauant, pro

laboribus ciuitati vtiliſſimis mercedem adſignare, ſi non ampliorem, at honeſtiorem tamen, et artibus, pro quibus datur, dignam.

* * *

Vix emiſſus erat in lucem praecedens libellus, quum in carminis chelidoniſtarum correctione valde mihi coepi diſplicere. Facilius fuiſſet negotium, et fortaſſe melioris etiam frugis, ſi carmen iſtud inaequalibus diſtinxiſſem verſibus; at mihi perſuaſum tunc temporis erat, in tali cantiuncula, a pueris ſtipem corrogantibus adhibita, ſicut in carmine Anacreontico, verſus eiusdem eſſe debere longitudinis; praeſertim quum, quam ego omnes iuſſi formam induere, eam nonnulli ſua ſponte ſubirent. Qua re factum eſt, vt metri ſuſtinendi cauſa non modo ad dialecti licentiam hic illic prouocarem, et in vltimo prioris partis verſu pro ἀπωθεῖται ſcriberem ἀποωθεῖται, ſeruata praepoſitionis vocali; quae remedia, quum leniora ſint, nemo facile aut inpugnarit, aut illicita dixerit; verum vt etiam penultimo prioris partis verſu poſt χελιδὼν inſererem δὲ, metro, vt in nota 56. ſcripſi, et ſenſu poſtulante; quod, quum de metro tantum verum ſit, quod dixi, non item de ſenſu, et ego, de ſenſu etiam affirmans, aliquid diſſimularim, et violentum dici poteſt remedium, et fraudulentum, eoque reprehendendum. Accedit, quod incertum eſt ob miram verſuum Ionicorum paucitatem, liceatne particula δὲ verſum incipere: nam Pindarus, qui multoties ita facit, nihil auctorita-

te

te ſua aut probat quidquam, aut excuſat, quia quum varia longitudine verſus ſunt, tum vario numero decurrunt, et vno flumine, quaſi vnus ſit verſus, per ſtrophas et antiſtrophas funduntur. Eadem ratio eſt apud Aeſchylum Perſ. 1021. Agam. 1343. ed. Schütz. Maioris fortaſſe videri poſſit momenti, quod in carmine Heraclidis Sinopenſis, quod iambicis conſtat ſenariis, ita legatur (Anal. Brunck. T. II. p. 261.)

- - - - - - ἐκ κεκλαυμένας

δ' οὔτοι κομάτας ἀναθαλήσεται ςάχυς.

At quis tandem praeſtet, illud δ' verum eſſe, quum ſaluo ſenſu abeſſe poſſit? Alias mutationes, quas feci, quaeque propter ſenſum videbantur neceſſaria, ſed, vt nunc intelligo, non erant, ſilentio praetereo. Periculum itaque feci, an carmen illud alio modo poſſit conſtitui, vt, ſiue metri, ſiue ſenſus cauſa, ab Athenaei ſcriptura parum vel nihil recederem. Carmen ita ſcribo:

ἦλθ', ἦλθε χελιδὼν,

καλὰς ὥρας ἄγουσα καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς,

ἐπὶ γαςέρα λευκὰ, κἀπὶ νῶτα μέλαινα.

παλάθαν σὺ προκύκλεῖς

ἐκ πίονος οἴκου

οἴνου τε δέπαςρον

τυροῦ τε κάνιςρον καὶ πυρνῶν;

 χελι-

χελιδὼν καὶ λεκιθίταν οὐκ ἀπωθεῖται.

* * *

πότερ' ἀπίωμες, ἢ λαβώμεσθα;

* * *

εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μή, οὐκ ἐάσομες.
ἢ τὰν θύραν φέρωμες, ἢ τὸ ὑπέρθυρον,
ἢ τὰν γυναῖκα, κἂν ἔσω καθημέναν.
μικρὰ μέν ἐστι, ῥαδίως μιν οἴσομες.
ἂν δὴ φέρῃς τι, μέγα τι δή μοί κεν φέροις.
ἄνοιγ', ἄνοιγε τὰν θύραν χελιδόνι,
οὐ γὰρ γέροντές ἐσμεν, ἀλλὰ παιδία.

Eundem fere in modum partem carminis priorem Hermannus nuper deſcripſit in libro de metris Graecorum et Romanorum p. 337. Primos duos verſus is ita habet:

ἦλθ', ἦλθε χελιδὼν, καλὰς ὥρας
ἄγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς.

Mihi tamen in tali carminis genere melius videtur eſſe, ea, quae ſententiam abſoluunt, vno, ſi metrum patitur, verſiculo comprehendere. Si quis ferendum non cenſet diſpondeum in ſecundo verſu, is accuſatiuos καλὰς ὥρας ex licentia Dorismi corripiat; et habebit ditrochaeum.

Verſus



Verſus quartus nunc datur, vt legitur apud Athenaeum; ſi vsque ad πυρνῶν interrogatio continuatur, non eſt, quod iota mutetur. Ita Dalechampius cepit, et Hermannus. In verſu ſeptimo defendit Hermannus πυρῶν, quod habet Athenaeus, et prouocat ad Coroniſtarum carmen, vbi verſu 2. legitur: ἢ λάχος πυρῶν. At ibi praecedit χεῖρα πρόςδοτε κριθῶν, et ſequitur ἢ ἄρτον. Chelidoniſtae, delicatiorem, gulam ſimulantes, ficuum poſtulant maſſam, vinum, caſeos; male cum his, vt mihi videtur, πυρὸς h. e. triticum nondum contuſum coiret; optime autem panis triticeus.

Verſum octauum non addidit Hermannus, vt nec reliqua, quae eum ſequuntur; ſed ſcribit, quae ſequerentur, iambis decurrere. Haud dubie non proxime ſequentia intellexit, ſed poſtremam partem, quae minas puerorum continet. Verſus octauus igitur ſotadeus eſt, vel tetrameter brachycatalecticus, in prima ſede eſt bacchius, loco paeonis ſecundi, vbi tamen prima ſyllaba breuis ictum habet. Articulus ἁ, quem ſeruat Euſtathius, non placet; nam, ſicut ab initio eſt ἦλθε χελιδὼν, ſine articulo, ita h. l. ſi omittitur, rectum, et, ſi quid ſentio, etiam ſuauius eſt. Si additur illud ἁ, pes eſt epitritus ſecundus, vel trochaeus cum ſpondeo. Reliqua in hoc verſu ſunt facillima; ſecundus pes choriambus eſt loco moloſſi; tertius epitritus ſecundus. Qui ſequitur verſiculus πότερ' ἀπίωμες κ. τ. λ., eum ad iambicos trahendum olim putaueram; ſenſus id videbatur poſtulare. Quod metro deerat, id ſupplere ſtu-

ſtudueram coniectura. Itaque hoc modo a me editus eſt:

πότερ' ἀπίωμες, ἤ τι πȣ λαβώμεθα.

Nunc idem ſenſus videtur impedire, quo minus cum ſequentibus iambicis connectatur.

Nam pueri quaerunt in hoc verſu, num ſine dono abeundem ipſis ſit, an ſpes ſit, ſe aliquid accepturos; in iambis autem minas iactant, ridiculas, et iſtis homunculis dignas, niſi detur ipſis quidpiam. Mutata igitur ſententia ſingularem verſum eſſe exiſtimo, qui, ſicut occaſio forte ferret, nunc cantatus ſit a pueris, nunc omiſſus. Si dominus, ad cuius oſtium canebant, ſe ſtatim praeſtabat munificum, additamenta iſta omnia omitti debebant. Si donum differebat, hunc addebant verſum πότερ' ἀπίωμες cet. qui eſt ionicus trimeter brachycatalecticus. In prima ſede moloſſus reſolutus eſt; in ſecunda diiambus loco epitriti tertii.

Sic reliquos iambos non ſemper aut vbique additos eſſe puto; ſed, pro honore, quem domino habendum videbant, aut magno, aut exiguo, nunc quatuor priores, nunc quintum ſolum, nunc ſextum et ſeptimum, nunc omnes, ſed vario ordine, et variis pauſis, nunc nullum. In his iambis nihil mutandum vidi praeterquam verſ. 4. pro ταὶν ἔσω καθημέναν ſcripſi, auctore Euſtathio κἂν ἔσω καθημέναν.



V.

DE IMBRE LAPIDEO

ET SOLIS AC LVNAE MORA INTER PVGNAM ISRAELITARVM SVB IOSVAE AVSPICIIS CVM AMORRAEIS.

Cogitantibus nobis, quis fuerit in priſcis populis, rudibus adhuc et a ſaniore philoſophandi ratione alienis, mentis eiusque virium ſtatus atque conditio, quis ſenſuum vſus, quis de rebus tenuerit iudicandi modus, et, quod per omnes aetates, ex quo melior ſapientiae lux mortali generi affulſit, doctiſſimi prudentiſſimique homines ea de re decreuerunt, id, quo fieri debet, animo ſobrio inquirentibus, non poteſt, arbitror, fieri, quin eorum ſe maxime commendet, et optima videatur atque veriſſima ſententia, qui cogitandi ac ſentiendi modum, in illis populis, tanto et loci et temporis intervallo a nobis disiunctis, animaduerſum, a noſtro ſtatuunt permultum differre, cauendumque monent, ne, dum rerum notiones, quas illi ſibi formabant, noſtris metiri velimus, et omnia quibus illorum mentes afficiebantur, mouebantur, impellebantur, ad noſtros ſenſus, ad noſtras opiniones, ad noſtra de rebus iudicia detorquere atque exigere, quum ipſi turpiter erremus, tum aliis errandi cauſa ſimus. Enimvero

vero ea est humanae naturae, et mentis, quae tanquam rector et gubernator ei a summo rerum opifice addita est, indoles ac ratio, vt non nisi sero et per gradus tantum ad eam, cuius capax est, perfectionem sui adscendat, et vt falso animaduersa, et falso credita, sensuum solum fidens testimonio ac relationi, in vere et recte obseruatorum numero per multa secula ponat, antequam diligentiori examini et veriori existimationi, quo ad saniora decreta perueniat, locum concedendum putet. Qui igitur fieri potest, vt in infantia humani generis, vbi exiguus aut nullus erat ingeniorum cultus, nullae leges animos regebant, nihil litterarum et artium vigebat, quod mentes formare potuisset et perpolire, si quae notiones rerum rudibus animis informabantur, eae ita informatae fuerint, vt cum nostris, alia aetate, alio rerum statu ac forma, maiore ingeniorum cultu, mente tam artium incredibili varietate expolita, quam legum salubri seueritate moderata, conceptis et animo versatis congruant? Nam, vt dem, multas res occurrere, et in vita hominum obseruari; quae vel victus et amictus necessitatibus inseruiant, vel delectandi materiam praebeant et sese recreandi, quarum notiones, quia alio fundamento nituntur, quam mero mentis iudicio, apud gentes maxime incultas non exiguam, aut imaginariam tantum cum nostris similitudinem habeant, in iis tamen rebus, quae ad meras se hominum opiniones referunt, neque ab aliis causis, vt caeli et regionis ingenio, aeris temperie, soli aut fertilitate aut sterilitate, vsus diuturnitate, corporis habitu, fulcimentum aliquod capiunt, quas formant sibi earum tales gen-



gentes notiones, eas ſemper a noſtris mirum quantum diſcrepare neceſſe eſt. Cauſa vero, cur pauci ſint, qui ab hoc ſcopulo, ne ſuas notiones, cultiore ingenio excogitatas, cum rudium et agreſtium animorum conceptibus confundant, vel his, quod deeſt, de ſuo addant, easque ſua mente abſoluant, ſatis ſibi cauere ſciant, haec eſt, quod omnes animi actus, quorum ope notiones in cultioribus gentibus gignuntur, perficiuntur, et exornantur, in rudi etiam populo cieri, et animaduerti debere ſibi perſuadent. Iam ſcimus omnes, neminem noſtrum, qui quidem paulo ſit humanior, aut notionem ſibi rei cuiuspiam confingere, aut opinari quidquam, aut ſenſu percipere, aut iudicio vel comprobare vel reiicere, quin mentem in auxilium vocet, et, diffidens ſenſuum externorum iudicio, de cauſis ſollicitus ſit, de effectibus quaerat, ac nexum omnium reputet; quis vero exiſtimet, eos etiam, a quibus tale in ſenſus imperium menti non conceſſum eſt, et qui illorum teſtimonio nimio plus, quam ferre poſſit aequus rerum arbiter, tribuunt, non niſi cauſarum exploratione, rationis ſcrutinio, et mentis, imperatoriae dignitate conſpicuae, perueſtigatione ad tale negotium accedere? Nemini latet, quam ridiculas feri atque immanes Americae populi, quum Europaeos, auri fame in eorum regiones accitos primum oculis videbant, de perſonis eorum, de armis, de fiſtulis igniuomis, de hominibus equis vectis, notiones mentibus informarint; tales Europaeos, ad cultiorem vitam, ad maiorem mentis expolitionem, et faciliorem expeditioremque virium eius vſum traductos, coniecturos ſibi fuiſſe, etiamſi nihil horum antea

vehementer perturbati aut in admirationem rapti essent, suspicati sint, naturas his rebus subesse suarum virium modulum superantes, easque plausu, clamore, et exultatione, quae omnia aut timorem aut mirationem aut gaudium exprimerent, et ipsi exceperint, et aliis, vt exciperent, suasores fuerint? At vero si gestum, vultum,. saltationem, clamorem, et omnia, quibus rudiores homines animi affectiones super rebus insolitae magnitudinis, aut miri artificii, aut vtilitatis nondum expertae, declarant, et quae religionis et cultus aliquam speciem prae se ferunt, subtraxeris, quid, quaeso, remanebit mente et cogitatione, eorum comprehensum? Idne nostris animi sensis, nostris cogitationibus, nostris rerum formis animo impressis assimulari recte poterit? Idne cultus, qua nos eum dicimus notione, dignum appellatione erit? Non videtur. Attamen non potest negari, ex eodem illo rudi stupidorum animorum atque feroci impetu, quem hodie in feris Americae gentibus peregrinantes animaduertunt, et quem in veteribus populis animaduersum fuisse, verisimile est, sensim paulatimque verum aliquem cultus atque religionis sensum enatum, qui fundamenti loco fuerit, quo, si non omnes, certe pleraeque veterum populorum religiones et deos colendi rationes, superstructae sint; quamquam longo temporis interuallo opus fuerit, antequam ea esset eiusmodi sensis perfectio, quam, si digna religiosorum nomine esse debeant, habere ea necesse est. Nam ex saepius obseruatis rerum miraculis, insolitis aëris, maris, terrae motibus, ex fulminis ictibus in loca hominibus cara directis, grandine agrorum



et arborum fructus vaſtante, orta eſt temporis ſucceſſu in animis attonitis perſuaſio celeritatis, roboris, voluntatis, iracundiae, quae ineſſent iis, quas latere in his rebus arbitrabantur, naturis, quibusque in damnum hominum, viribus multo inferiorum, pro arbitrio vterentur. Ea enim eſt hominis inculti ignauia atque torpor, vt ad ea, quae periculum minentur, quae vitae noceant, quae fortunam euertant, citius animum aduertat et curioſius attendat, quam ad ea, quae grata accidant, quae vitam conſeruent, quae res eius augeant et firment; haec ſibi deberi exiſtimans, de modo tantum, quo iis fruatur, cogitat. Hinc Typhonum, Titanum, Gigantum in antiquiſſimis gentibus nomina et cultus; hinc naturae virium ſymbolicae venerationes; hinc omnia aëris, maris, fluminum, ſiluarum, agrorum numina; quid? quod ſolem, lunam et alia caeli ſidera citius per damni alicuius timorem, vbi facie obſuſcata eſſent, vel ſanguinea, quam per gratam beneficiorum recordationem a mortali genere cultu diuino affecta eſſe exiſtimem *). Quod ſi non

ex

*) Nihil verius eſt, quam quod Heynius *in vita antiquiſſimorum hominum, Graeciae maxime, ex ferorum et barbarorum populorum comparatione illuſtrata*, Opuſc. Vol. III. p. 11. ſcribit: *Plurimi ſunt barbari, ad minima quaeque ſtupentes, qui ſolem et caelum nunquam ſuſpexiſſe videntur; nec iis, quibus adſueuere, intendere ſolent animos barbari; nec in contemplationem rerum caeleſtium pronos animos rudes et obtuſos credere licet, niſi repentino aliquo ſolis aut lunae defectu.*

ex ipſa humanae naturae indole iam demonſtrari poſſet, religiones priſcorum a terrore ac metu profectas eſſe: ſatis illud, puto, docere poſſent religioſi ritus, in iis etiam gentibus, quae aliquo humanitatis cultu florebant, feritatis et crudelitatis quidpiam retinentes *a*). Nam, quod pleraeque gentes, quarum quidem aliqua nobis obtigit notitia, primis temporibus ea fuerunt temeritate, vt humanis victimis dei iram auerterent, et poſtea etiam, ſi quis gravior caſus acciderat, id facere non ſunt veriti, id quidem ſatis teſtatur, quam crudele, quam tru-

a) Vocari huc poſſunt etiam dei nomina in variis linguis, *metum, timorem* vel ſimile quid ſignificantia; ſic Latinorum *deus*, a graeco δέος nonnulli repetunt. Feſtus: *ſiue a graeco δέος dictus eſt, quod ſignificat metum, eo quod hominibus metus ſit.* Hinc illud ὁ θεὸς ἔσθ' ὅπη δέος, quod ex Plutarcho annotat Petr. Victorius Var. Lect. XXVI, 18. Ipſum Hebraeorum אֱלֹהַּ ſignificat *trementum* ac *timendum*, ab اله *attonitus fuit, timore percuſſus ſtetit, expauit. Quare* פחר יצחק Geneſ. XXXI, 42. 52. metus Iſaaci, idem eſt, quod *Deus*, quem metuebat, quem colebat. Eatenus Petronius non male canit Fragm. XXII.

Primus in orbe deos fecit timor: ardua caelo
Fulmina quum caderent, diſcuſſaque moenia flammis
Atque ictu flagraret Athos.

Minus recte Euripides in Siſypho. Vid. Fragm. T. II. Beck. p. 472.



truculentum, quam vindictae cupidum, quod venerabantur, numen eſſe crediderint. Sero demum accidiſſe videtur, vt ad metum in religione ac deorum cultu gaudium accederet, et vt ſtupor hominum ex beneficiorum inſigni magnitudine inſignem numinis amorem colligeret; ſic agrorum cultu reperto, quum intelligerent, quantum ſit ſolis beneficium in frugibus producendis, neceſſe eſt, in metus locum amor ſucceſſerit, et ad cultum eius animos incenderit. Sic ſenſim paulatimque auctus eſt numinum numerus, quum vel metus vel beneficii reputatio noua in dies inueheret, et vnicuique fere naturae parti vim aliquam, quae eam regeret, et nunc ad noxas, nunc ad beneficia impelleret, attribueret. Nam vero fieri poſſit, vt a tali numinum hic illic in natura rerum diſperſorum cultu, triſti illo atque horrido, populi creſcente artium cura et ſtudio, et aucta in animis cauſas inueſtigandi cupiditate, eo procedant, vt iis omnibus aliud quoddam, multoque illis potentius, praeficiant, cui, tanquam regi ac domino, reliqua ſumma officiorum fidelitate pareant; id quidem, ſi affirmari poterit, non niſi de iis poterit, qui vel in ſuis rebus talem ordinem, vt plures domini vnius ſupremi domini voluntati pareant, deprehendunt, vnde exemplum petant, vel faſtu inſtigantur, vt ſuae gentis deum, deum a maioribus cultum, ſuper alios aliarum gentium euehant, eumque potentiſſimum omnium perhibeant *b*). Quidquid ſit, quod vnius ſummi

b) Quod Leſſingius ſcribit *in der Erziehung des Menſchengeſchlechts* (§. 6.): *Wenn auch der*

rerum auctoris cogitationem in vno aut altero popu-

erste Mensch mit einem Begriffe von einem Einigen Gotte sofort ausgestattet wurde: so konnte doch dieser mitgetheilte, und nicht erworbene Begriff unmöglich lange in seiner Lauterkeit bestehen. Sobald ihn die sich selbst überlassene Vernunft zu bearbeiten anfing, zerlegte sie den Einzigen Unermeſslichen in mehrere Ermeſslichere, und gab jedem dieser Theile ein Merkzeichen; ingeniosius dictum est, quam verius. Primum notio *immensi* numinis diuini non cadit in hominem rudem et agrestem; etiamsi demus, numinis *qualiscunque* notionem ab eo non alienam esse. Deinde vereor, vt populus, qui ita excultus est sapientiae studio, vt *vnius* et *immensi dei* notionem animo recte informarit, et probe tenuerit, eo delabatur, quo Lessingius delapsum primum hominum genus existimat, vt pro vno deo plures colat. Nam, quod Israelitae ab vnius dei cultu saepius recesserunt, id nihil aliud probat, quam eos *vnum deum, omnium rerum et auctorem et dominum*, non recte mente cepisse. Denique repugnat illa sententia historiae humani generis in monumentis Mosaicis. Adamus, vel primus homo, non immensum numen colit ac reueretur, sed numen loci tutelare, et regionis istius amoenissimae, quam incolebat, dominum. Ex his paruis notionis vnius dei initiis nata est per temporis successum notio auctoris caeli et terrae, reuelatione subinde accedente, aucta, exculta, correcta, et confirmata; qualem quidem Abrahami demum et Melchisedeci aetate florere deprehendimus; vid. Genes. XIV, 20. 22. Miror Kleukerium de Zabaeismi originibus (*Zend-Avesta im Kleinen*, p. 8. seqq.) Lessingianam sententiam amplexum esse, et magis exornasse; sed ea de re alio fortasse tempore commodius agi poterit.

populo elicuerit, nisi ea vel philosophiae luce illustrata, vel reuelatione aliqua, diuinitus accidente, correcta atque purgata fuerit, semper manca erit, et imperfecta, nec sine magno errore cum eo, quod nos nostri vnius dei cogitatione mente complectimur, confundi ac permisceri poterit.

Iam quum omnes veterum populorum religiones, quod ex ante dictis liquet, a miraculis primordia ceperint, vt percussi essent animi rei praeter solemnem naturae ordinem accidentis visu vel auditu, et ad causam mente redeuntes, naturam ei inesse, eamque pro arbitrio regere atque mouere crederent, quae humana esset potentior; quumque miracula ista, quae prima sensuum religiosorum et cultus diuini caussa extiterunt, terroris magis ac metus plena visa fuerint, quam gaudii ac beneficiorum: mirum videri debet nemini, omnes, quotquot nouimus ex cana vetustate, populos in obseruandis notandisque miraculis, prodigiis, atque ostentis tam curiosos fuisse ac sollicitos, et, quam rem nullo siue humano imperio, siue diuino mandato, ob summam mentis pertinaciam, facturi fuissent, ad eam, miraculo aliquo aut prodigio, damnum atque perniciem denunciante, admonitos, se protinus accinxisse. Nam licet fatendum sit, homines, a rudiore religionis et cultus deorum sensu progressos, quum aliam viderent rerum faciem, alia atque alia, quae in natura accidebant, magna et admirabilia, suspicerent, aliis atque aliis artibus ac studiis animos excolere coepissent, pristinas deorum rerumque diuinarum notiones immutasse, et

nouos

nouos subinde sensus induisse: caue tamen credas, omnino eiectas eas ex animo atque euulsas esse, vt nouae hinc illinc per varia temporum interualla accedentes, vbi animum intrassent, quasi vacuam illarum sedem deprehendissent; contra, quae est humanae naturae imbecillitas, nihil certius est, quam mansisse illas adhuc, certe per diuturnum tempus, in ea, quam ante occupatam tenuerant, sede, et, quae subinde accederent puriores ac praestantiores, cum iis iura et regnum consociasse; vt non male iudicemus, si dicamus, pro stirpibus illas fuisse, quibus hae insererentur, quarumque succo maligno factum sit, vt pristinae fraudis atque erroris aliquid traxerint. Ad talem in seruandis priscis notionibus, quum facile esset, meliores adsciscere, constantiam, si circumspicimus, quid plurimum contulerit: vates equidem eos esse arbitror, qui, vt ne vltimo loco nominentur, merere videantur. Hi enim, vt sensu instructi erant acriore, ita, si quasi divinitus afflati ad res mirae speciei vel magnitudinis inauditae celebrandas accedebant, vnice in eo elaborabant, vt eodem, quo ipsi affecti erant, sensu auditores perfunderent, vt in eandem admirationem, in eundem metum, in idem gaudium eos secum abriperent. Quem finem vt eo certius consequerentur, nihil negligebant, quod vel rebus ornatum praeberet, vel animos in stuporem et admirationem pertraheret. Omnia, quae lingua rudis atque inculta suppeditabat, subsidia in auxilium vocabant; ad allegorias, comparationes, similitudines ex aliis rebus notioribus quidem, at multo terribilioribus aut magnificentioribus petitas confugiebant; res, quae ab aliis seda-


datioris naturae, moderatioris ſenſus et politioris mentis hominibus viſae et animaduerſae, nihil vel parum habiturae fuiſſent miri, et, quod vulgarem naturae ordinem excederet, ab his, viuidiore ingenio, et commotiore animo, narratione exhibitae, in longe alio ornatu comparebant, auguſtiore et inſolentiore, multo mirabiliorem ſpeciem aſſumebant, et multo fortius audientium ſenſus percutiebant. Neque tamen ſtudium modo, quo vates ardebant, attonitos reddendi animos, et narratarum rerum memoriae dignitatem et pondus conciliandi, in cauſis fuit, cur in carminibus vel nitidiora et ſplendidiora, vel horribiliora et truculentiora, quam in ipſa natura, omnia ſeſe offerrent, verum linguae etiam, qua vtebantur, infantia, et ſimplicitas, atque eorum vocabulorum et loquendi formularum, quibus is, qui numine plenus, ſtupenti et in verba inhianti multitudini narrare aliquid nouum, inauditum, grande, arduum geſtit, aegre admodum caruerit, inſignis inopia et paucitas. Nam quum in populo rudi, et a ſilueſtri atque ferina vita modo progreſſo, omnia, quae in ſenſus cadunt, auidius excipiantur, maiore et ferociente fere impetu in animum demittantur, fortius pectus moueant atque pertundant, quam in cultiori et cauſis meditandis adſueto: neceſſe eſt, ſi quando illa prodire linguae auxilio cupiant, vt non tam exeant, quam prorumpant, et vt eadem mira ſpecie, qua ſe inſinuarint, animum adimpleant et percellant. Mira omnino cogitatio mentis oriatur, neceſſe eſt, quum homo tam varie, tam mirifice affectus ſigna circumſpicit, quibus animi commoti ſenſa exprimat; quae in promtu ſunt, ea videt magnificen-

centiae vel sublimitati, vel terrori specierum sibi obuersantium non satis respondere, et vix partem eius adumbrare; de aliis, quorum adiumento cum aliis communicare possit, quid sensu perceperit et animo verset, sollicitus est. Notiones, quae ad intellectum pertinent, et ea complectuntur, quae rebus sensui obuiis inhaerent tantum, at pro se esse, aut pro talibus, quae pro se essent, haberi, nequeunt, transformat, quasi corpore induit, et in aliquo loco, et aliquo tempore, reliquis rebus corporeis interesse iubet; quae cogitata alicuius animo fuerint, in factis ponit, aut, quasi fiant in audientium conspectu, digito monstrat; res inanimatas vita, sensu, mente, et loquela instruit c); animantia, quae

c) Hinc Phaeacum naues, vt homines, sensu ac mentis iudicio valent ap. Homer. Odyss. ϑ, 557. seqq.

> ὐ γὰρ Φαιήκεσσι κυβερνητῆρες ἔασιν,
> ὐδέ τι πηδάλι' ἐςὶ, τά τ' ἄλλαι νῆες ἔχουσι:
> ἀλλ' αὐταὶ ἴσασι νοήματα καὶ φρένας ἀνδρῶν,
> καὶ πάντων ἴσασι πόλιας καὶ πίονας ἀγροὺς
> ἀνθρώπων: — —

Inde fit, vt Iob. XXXVIII, 7. stellae matutinae canant, tellure recens creata, et conditorem celebrent; inde, vt Psalm. XIX, 23. caeli gloriam dei et maiestatem enarrent; et dies et nox opera eius et beneficia annuncient. Dionysius H. in Apoll. vs. 17. (Analect. Brunk. T. II. p. 254.



quae ratione carent, diuino hoc munere, quo humana natura reliquis praestat, beare gaudet, et non modo ad loquendi cum ratione, verum etiam ad agendi facultatem perducit. Hinc sol, luna, stellae dicuntur faciem obnubilasse, tristi vultu processisse; bruta sermonis vsu valuisse et grauibus casibus in verba erupisse *d*); campi, siluae, prata, arbores, flores, flumina, de hominum iniuriis condoluisse. Ita sensim paulatimque, quo saepius res narratae et auditu acceptae fuerint, quum semper nouis coloribus pingantur, nouisque additamentis exornentur, et, annitente narrantis impetu, Famae Virgilianae instar, eundo crescant, eo maiores formas capiunt, eo splendidiorem augustioremque habitum induunt; vt, quod pro se ab initio exiguam vel nullam miraculo praebuisset materiam, in maximum deinde rerum miraculum et merum portentum abeat.

Quae quum ita sint, quis non videt, quam caute versari debeamus in explicandis et diiudican-

254.) ita dei, quem canit, laudes auget: *Σοὶ μὲν χόρος εὔδιος ἀστέρων κατ' Ὄλυμπον ἄνακτα χορεύει, ἄνετον μέλος αἰὲν ἀείδων, Φοιβηΐδι τερπόμενος λύρᾳ.*

d) Vides causam, cur Bileami asina loqui possit (Numer. XXII, 28.); cur Achillis equi lacrymas fundant (Homer. Il. ϱ, 426. 27. 436. 37.); vnus adeo, Xanthus, mortem domino vaticinetur (Iliad. τ, 404. sqq.); cur Anagnia, quod Latii erat oppidum, bos femina locuta alebatur; vid. Liu. XXXXIII, 13.


candis, quae veteres ſcriptores narrant, miraculis? Semper ad gentem reſpiciendum eſt, in qua accidiſſe perhibentur; de culturae gradu, ad quem adſcenderit, videndum; qui mores in ea regnarint, quae imperii forma tenuerit, quos caſus ea, et quae fortunae ludibria experta ſit. Deinde quibus temporibus, quo rerum ſtatu res mirae accidiſſe ferantur, quaerendum; a quibus hominibus, quoue animo animaduerſae ſuerint. Tum de cauſis diſpiciendum, naturae ordine eae proceſſerint, an contra naturae regulas euenerint; num res per ſe tantum in ſe habuerint miraculi, an fieri poſſit, vt narrationibus hominum vehementius affectorum ad tantam magnitudinem creuerint. Quae ſi recte obſeruantur: omnia, quae in veterum libris, ſiue ſacris, ſiue profanis, notata inuenimus miracula, intelligemus, non vnius eiusdemque eſſe generis; ſed alia plus, alia minus prae ſe ferre miri atque inſoliti; vt neceſſe ſit, nos claſſes eorum conſtituere, quibus ſua cuique attribuamus, ne, ſi permiſceamus omnia et confundamus, tenebras palpemus, aut nubem pro Iunone amplectamur. Tales vero claſſes conſtitui poſſunt quatuor. Primae ea attribuenda erunt miracula, quorum, ſi ita euenerint, quemadmodum a ſcriptoribus fide digniſſimis narrantur, cauſas ſibi latere, vel acutiſſimi et cultiſſimi ingenii homo fateri debet; qualia ſunt, quae Ieſus, praeſtantiſſimae ac ſaluberrimae, quae vnquam extitit, religionis auctor, doctor et ſtator, dum in his terris viueret, in rerum eius geſtarum commentariis, a probiſſimis et candidiſſimis hominibus ſcriptis, patraſſe perhibetur, quum vt ſe alius, quam huma-

humanae eſſe originis probaret, tum vt praeceptis ſuis fides eſſet atque auctoritas. Nam etſi omnia, quae eo tempore contra ſolemnem naturae morem acciderunt, cauſis phyſicis, et viribus naturae iisdem, quibus quotidiana procedunt miracula (quae quidem nobilioribus mentibus ſunt, non plebis coecitati atque vecordiae), promota eſſe, non addubitandum ſit; tamen, quo virium moderamine promota ſint, qua via ac ratione, cur eo tempore, neque poſtea aut ante euenerint, qui gloriari poſſit, ſe inueniſſe ac certum habere, is magnus mihi Apollo erit. Quare imbecillitatis mentis noſtrae conſcii fateamur, neceſſe eſt, videri nobis vere ea eſſe miracula, ſingulari aliqua dei voluntate, viribus naturae eo directis, et quaſi coactis, edita; certe neminem talia fateri pudeat, antequam nobiliora et acutiora ingenia extiterint, quae cauſas arcanas, et a nemine adhuc perſpectas, inueſtigent, inueſtigatas nobiscum communicent et diuulgent. Niſi forte placuerit, Bardiana methodo, quae noſtri temporis leuitati tantopere arridet, omnia miracula, quae ſanctiſſimi homines memoriae prodiderunt, vno verſiculo tollere. Alia vero narrantur miracula, quae, ſi a nobis, noſtra animorum cultura, hodierna rerum forma, et ſtudiorum artiumque frequentia animaduerſa eſſent, quia cauſas eorum perſpectas habituri eſſemus, vereor, vt, vere eſſe talia, quisquam exiſtimaret. De eiusmodi igitur miraculis, quae ad alteram claſſem refero, ea nobis ſtet ſententia, poſſe tantum ea in certo aliquo populo, certo rerum ſtatu ac forma, certo ingeniorum cultu, hoc nomine venire; at, ſi ab alio populo, alio tempore,

me-

meliore rerum facie, maiore animorum cultu, siue visa fuerint, siue narratione accepta, vim eorum eleuari, et rebus, quae solemni naturae ordine, et caussis per multiplicata acutissimorum hominum studia inuestigatis atque detectis, procedunt, se adiungere. Neo enim fieri potest, vt, quod sub primordiis humani generis, in rudiore populo, praeter ordinem naturae visum est accidere, id nostra etiam aetate videatur, vbi caussarum subtilior cognitio eiusmodi euenta cum ordine naturae facile conciliat. Qualia sunt fulminum varii atque mirabiles iactus, et combustiones, aquae in sanguinem versae, sol sanguineus, ignes e terra erumpentes, statuae deorum ardentes, sanguis, signis et spiculis e terra euulsis, profluens. Ad tertium genus ea refero miracula, ex quorum accuratiori examine facile intelligimus, accidisse quidem magnum aliquid et memorandum, at partem magnitudinis et insolentiae narrantium deberi ingenio atque consiliis. Nam, vt iam monitum est, homines rudes atque inculti in reddendis iis, quae sensibus acceperint, raro sincera agunt fide: quum enim quasi furore incensi in rei alicuius adspectum se conferant, et, quod arripuerint, iusto vehementiore impetu in animum ingerant, non possunt fere, quin quasi nimii rerum a se visarum existimatores euadant, et dum narrando eas exponunt, et alios, qui aures praebent, eodem vel mirationis, vel timoris, vel gaudii secum modulo implere gestiunt, grandiores magnificentioresque exhibeant. Quare detrahendus miraculosus habitus, quo rem mirationis excitandae causa narrator induit;

quod



quod remanſerit, pro facto habendum. Tunc non ſine aliquo voluptatis ſenſu videre licet, quam miracula hic illic disparcant; quamque parum ſaepe res in ſe inſoliti, aut, quod longius a naturae legibus recederet, habeant, quae antea, ita cogitatae, vt eas narrantis impetus et phantaſiae luxuria repraeſentauerat, plenae miraculi, plenae portenti viderentur, neceſſe erat. Quo pertinent inſoliti imbres, vt lapidum et ſanguinis, ſtellae crinitae, exercitus, gladii, et alia armorum telorumque genera, naues in nubibus viſae; ſanguineus ſignorum ſudor; ſol ſubductus, et aër obſcuratus; quae omnia, quum non ſine aliqua vehementiore animi commotione ac perturbatione narrata ſint, grandiorem illum et miraculoſiorem habitum traxerunt. Eſt denique etiam genus miraculorum, in quo, ſiue cauſas exquirere ſtudeas ſatis idoneas, ſiue rei iis effectae magnitudinem accuratius expendas, nihil plane inuenias, quod extra naturae ordinem acciderit; vel, vt accideret, fieri potuerit. Quae ſicubi ita eſſe deprehendimus, iure meritoque ſtatuimus, nihil plane extra cogitantis animum accidiſſe, ſed, quod inſit in re nouum atque miraculoſum, id vel ſenſuum fallaciae et ludibriis, vel phantaſiae machinationibus, vel certis morborum generibus deberi. Ex hoc genere ſunt viſiones nocturnae atque diurnae, ſpectrorum apparitiones, voces auditae, campanorum ſonus auribus illapſus, et ſimilia; quae, certum eſt, a nulla cauſa externa proficiſci, ſed meros phantaſiae luſus eſſe atque figmenta. Verum tamen, etſi nihil extra hominem in aliis rebus ſit, quod tam mirae affectionis cauſa exiſtat ſatis idonea,

tamen

tamen experientia docet, non minorem ea habere ad commouendos animos vim, quam quae caussam aliquam, siue grauiorem, siue leuiorem, extra cogitantium animos agnoscunt. Sic, qui miras et horribiles spectrorum species sibi videbantur oculis vidisse, eos, scimus, tale quid perpessos saepe esse, vt, si vere vidissent, non potuissent grauius; quid? quod tales spectrorum visiones, quia animi hominum vehementissime erant perturbati atque concussi, non raro aut mors secuta est, aut morbi desperati. Talem igitur tyrannidem, quum fateamur necesse sit, phantasiam in animos hominum exercère, non puto, me reprehensionem subire, quod miracula, quae opus eius sunt, in peculiarem classem adscripserim. Ceterum hoc mihi obseruasse videor, omnia, quae veteres in libris suis notarunt, miracula, in vnam aut alteram harum classium a me descriptarum posse recipi; nec facile inuentum iri quidquam miraculi nomine dignum, quod nouam classem constitui iubeat.

Restat vt, quae hucusque vniuerse disputata sunt, quoniam paulo ante monui, in sacris libris aeque obseruanda esse, atque in profanis, exemplo aliquo illustri ex Hebraeorum monumentis, quomodo in vsum transferri possint, ostendam. Quum enim in sacris Hebraeorum libris miraculis nihil sit frequentius, quia et populus, cuius facta illustrata continent, et mediocrem admodum culturae ingenii gradum adscenderat, atque, sicut aliae gentes rudes et incultae, ad rerum miraculosarum fidem erat propensior, et religio eius, etsi ob vnius dei cultum

cultum aliis aliarum gentium nobilior esset multoque praestantior, nihilominus tamen miraculis nata atque nutrita erat: sponte apparet, his, qui illos libros interpretandos aggrediuntur, diligenter cauendum esse, ne aut confundant miracula, aut prorsus emigrare iubeant, aut ex nostro sensu, et nostra cogitandi ratione illustrent, aut, quod ineptius etiam est, persuadere aliis laborent, quod illis hominibus, qui sub humani cultus primordiis viuebant, et nomadicam plerumque viuendi rationem amplexi erant, miraculosum acciderit, visumque sit a naturae legibus aberrare, futurum fuisse, vt id nobis etiam, si eo tempore vixissemus, tali cultu et tali artium ac scientiarum celebritate, ita se habere videretur. Semper videndum est, quid vere acciderit; quid narrandi modo accesserit; quid, et a quo, et qua rerum conditione animaduersum sit; quid per traditionem et caussarum cogitationem a felicioribus ingeniis adiectum; quibus de caussis narratum; quale ingenium, quum iis, qui narrarint, tum, qui aures praebuerint. Fieri tunc non poterit, quin multa miracula, quae torsere per longum tempus interpretes, euanescant; et, quae aberrare a naturae more solemni videbantur, in naturali atque consueto rerum ordine compareant. Exemplo vero sunto duo illa miracula, quae, Iosua Palaestinos debellante, quum ad pugnam cum Amorraeis, ob Gibeonitarum iniurias, deventum esset, accidisse, Cap. X. Commentariorum de rebus istius herois narrantur. Scilicet, quum quinque Amorraeorum reges, Hierosolymitanus, Chebronensis, Iarmuthensis, Lachisensis, Eglonensis contra Gibeonitas, quia foedus

foedus cum Iſraelitis fecerant, conſpiraſſent, idque Ioſuae, qui Gilgale in caſtris erat, nunciatum eſſet; hic, a Ioua admonitus, vt bono eſſet animo, hoſtesque, quos ipſe interueniens in fugam verſurus ac profligaturus eſſet, aggrederetur, per tenebras exercitum educit, et, tota nocte profectus, ex inprouiſo hoſtes opprimit. Hoſtes funduntur; et in fuga per ſe iam ſatis confuſa, quia lapidum imbre obruuntur, plures caeli ira pereunt, quam Iſraelitarum telis. Ioſua, videns Iouae numen ſibi auxilio eſſe, vt, quod coepiſſet, perficeret, et hoſtium vltionem abſolueret, ſolem et lunam morari iuſſit. Vtrumque aſtrum dicto audiens fuit: dies ſecuta poſt hominum memoriam longiſſima. Hoſtium copiis proſtratis, Ioſua cum exercitu triumphans Gilgalem rediit.

Prius miraculum, imber lapideus, ita narratur a ſcriptore vſ. 11. ויהוה השליך עליהם אבנים גדלות מן־השמים עד־עזקה וימתו רבים אשר־מתו באבני ־ הברד מאשר הרגו בני ישראל בחרב׃ h. e. *et Ioua caelo deiecit ſuper eos lapides magnos, quibus occidebantur; et ſic plures grandinis periere lapidibus, quam Iſraelitarum gladiis.* Dathius ita locum vertit, vt miraculum ex verſione migrare iuberet. Sic enim habet: *In hac eorum fuga poſt inferiorem partem Bethchoronis Ioua tantam grandinem in eos vsque ad Aſekam deiecit, vt plures ea perirent, quam Iſraelitarum gladio interficerentur.* Hic, arbitror, illuſtre habemus exemplum, quid ſit, ex ſuo ſenſu, ex ſuo tempore, ex ſua artium diſciplina



ciplina veteres scriptores interpretari, et, quae apud eos ad eorum sensum et cogitandi rationem narrantur, ad eam, quae in cultiore populo animaduertitur, accommodare. Scriptorem, qui haec memoriae prodidit, de miraculo cogitasse, id dubio caret; alioquin grandinem non dixisset, אבנים גדלות *lapides magnos.* Interpretis igitur est, illud reddere, quod scriptor senserit et animo cogitarit, non, quod scit, se, si rei interfuisset, cogitaturum fuisse. At obiiciat quispiam, ipsum scriptorem illos lapides magnos paulo post dicere אבני־הברד, *lapides grandinis.* Recte. An vero hoc impediat, quo minus veros lapides, caelo lapsos, credi a scriptore censeamus? Enimuero lapides grandinis nihil aliud sunt, quam lapides grandine, vel grandinis instar caelo deiecti, qua significatione etiam Iesai. XXX, 30. commemorantur, fortasse non sine aliquo ad nostrum locum, et rem, eo narratam, respectu. Confirmatur nostra de scriptoris opinione sententia etiam eo, quod plures Amorraeorum hoc lapidum imbre narrantur cecidisse, quam Israelitarum gladiis. Iam quum tantum ista grando effecerit, tot hostium capita confregerit, tantum rebus Israelitarum leuamen attulerit: quis non credat, hos, qui simile quid nunquam antea neque experti erant, neque narrando acceperant, persuasum sibi habuisse, eam praeter solemnem naturae morem accidisse, et lapides esse debuisse, qui tantam internecionem intulissent, non grandinis glaciem. Accedit, quod ab aliarum gentium, ad similem ingeniorum cultus, artium ac scientiae naturae gradum euectarum, scriptoribus nihil frequen-

tius commemoratur, quam lapidum imbres et iactationes. Sic Tullo, Romanorum regi, patribusque nunciatum eſt, in monte Albano lapidibus pluiſſe (Liv. I, 31.). Inter prodigia, quae Hannibalis tempore acciderant, narratur (Liv. XXII, 1.): *Praeneſte ardentes lapides caelo cecidiſſe.* Paulo poſt Veiis de caelo lapidauerat (Liv. XXVII, 37.) e). Simile huic noſtro miraculum habemus apud Melam (lib. II, 5.) vbi ſcribit: *Inter eam* (Maſſiliam) *et Rhodanum Maritima Auaticorum ſtagno aſſidet; foſſa Mariana partem eius amnis nauigabili aluo effundit. Alioqui litus ignobile eſt, Lapideum, vt vocant; in quo Herculem contra Albionem et Bergiona, Neptuni liberos, dimicantem, cum tela defeciſſent, ab inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt. Credas pluiſſe; adeo multi paſſim, et late iacent.* Romanos igitur, etiam iis temporibus, quibus non adeo rudes amplius erant, ſed ad aliquam humanitatem educti, ſcimus talia credidiſſe; Iacobitas, qui, ſi non minus, certe non magis exculti erant artium ac ſcientiarum diſciplinis, (nam quod vnius dei notitiam habebant, id non ſuae inventioni ac ſtudiis tribuere poterant,) credidiſſe negabimus? Ergo, ſi quid vnquam, hoc ego perſuaſum mihi habeo, eum, qui factum illud in commentarios ſuos retulit, pro miraculo id habuiſſe, et putaſſe, quo tot hoſtes periiſſent, id lapides, de caelo iactos, fuiſſe. Iam vero alia quaeſtio mouetur, ad quamnam miraculorum claſſem, quas paulo ante deſcripſi, referri

e) Conf. eund. lib. XXIX, 10. XLII, 10. XXX, 38.



referri illud debeat; vtrum in eorum sit numero ponendum, quae priscis quidem temporibus pro miraculosis naturae euentis haberi potuerint, non item nostra aetate, qua nemo fere tam rudis est, quin eiusmodi rerum, a consueto naturae ordine aberrantium, causas probabiles afferre sciat; an iis accensendum, quae narrantium viuidum ingenium, et animus, in varia raptus, auxiliante linguae vocabulorum propriorum, quae rerum magnitudini responderent, inopia, auxerit et tam mira specie vestierit. Vtrum elegeris: vtriusque ratio expedita est. Sin vere lapides caelo deciderint, quos, si nos spectatores fuissemus, tales fuisse, fateri deberemus: campos ibi lapideos fuisse, necesse est, quales in Italia, in iis ipsis locis, vbi, quae ex Liuio adduxi, exempla acciderunt, inprimis in Ligurum et Salyum finibus, notissimi sunt, *f*) ex quibus, tempestatis ac ventorum violentia flagellatis, lapides in altum vsque ad nubes sublati, et rursus in terram turbinis vi deiecti sint. Et si quis ventorum, tanta vehementia inhorrentium, accuratiorem mentionem desideret, eaque de causa vel non ita fuisse, vel aliam causam subesse debuisse existimet, eum ad Romanos scriptores ablego, et loca inspicere iubeo, vbi talia prodigia recensentur: deprehendet enim, eos raro venti aut turbinis mentionem iniicere, plerumque simpliciter pluuiam lapideam commemorare. Cur

 ita

f) Vid. Heynium *in Fragmentis historiae natur. ex ostentis, prodigiis et monstris.* Opusc. Tom. III. p. 212.

ita facere consueuerint, et quasi negligentiae notam hac re sibi contraxerint, non est, quod magnopere miremur: quis enim nescit, scriptores, qui vel ipsi ad prodigiorum fidem propensiores fuerint, vel in populo, hoc morbo laborante, vixerint, ea tantum solere referre, quae prodigia vel augeant vel illustrent; quae vero habitum rei prodigiosum subtraherent, aut certe minuerent, quum eos quasi religio aliqua teneat, ea caute omittere? Ergo dari possit, in planitie Gibeonitica tales campos lapideos fuisse, qui naturae ad hoc miraculum producendum ansam praebuerint. At enim vero, ne quid dissimulem, pronior ego sum in eam sententiam, vt ad tertiam classem, hoc est, ad eam, cuius miracula narrationis genere, et vatum, qui ea celeberarint, ingenio viuido atque ardente ad tantam magnitudinem et insolentiam creuerint, illud factum referatur. Grando fuit naturalis, at solito vehementior, et grauior; nimirum tantis glaciei frustis inhorruit, vt hostes, ea percussi, alii occiderentur, alii vulnerarentur; quales grandines nostris etiam temporibus in variis Germaniae regionibus incidisse, narrando accepimus. An vero mirum est, quum tanto esset ea Israelitarum rebus solatio, ita incensa esse cogitatione eius vatum, hominum mollioris naturae et acrioris sensus, pectora, vt, quum rem narrarent, verborum ornatu, quo crescente crescebat simul veritatis rei persuasio, eo eam perducerent, vt miraculi splendore sensus perstringeret. Glaciei frusta in lapides haud spernendae magnitudinis degenerabant; occisorum crescebat numerus; plures hostium lapidum iactu peribant, quam



quam gladiorum ictu; non tempeſtas aut turbo pondus, quo hoſtium capita vel deprimerentur, vel contunderentur, augebat, ſed a ſumma rerum cauſa, ab ipſo caeli ac mundi rectore, neceſſe erat, illud accedere. Deinde, ſicut alii aliarum gentium ſcriptores, ſi qua ſimili miraculi ſpecie, in monumentis notata vel vulgi ore celebrata, deprehendebant, aut quod ita credebant, aut quia religio eos, ne quid mutarent, prohibebat, ea in annales ſuos ſine vlla mutatione retulerunt, ita commentariorum de rebus, a Ioſua geſtis, auctor, quum haec ſic narrata inueniſſet, quia fidem antiquitatis traditioni denegare non audebat, nec ſine magna inuidia poterat, aut, quod, ita fuiſſe, ſibi perſuaſum habebat, prouti res ex cana vetuſtate memoriae proditas acceperat, ita faciendum putauit, vt ad poſteritatem transferret. Nunc ad alterum miraculum, quod eodem capite notatum eſt.

Eum, qui narrationem de ſolis ac lunae commoratione his Hebraeorum annalibus inſeruit, eundem fuiſſe, qui reliqua ſcripſerit, nulla re adduci poſſum, vt credam. Nam primum nexus reliquae narrationis rerum, a Ioſua eiusque exercitu geſtarum, interrumpitur, quum facile quiuis ſentiat, verſum 11. ſtatim a verſu 16. ex primi auctoris ſententia, debere excipi. Deinde, quae a vſ. 12 – 15. inſerta ſunt, ſtili etiam genere a reliquis mire differunt: nam poetae ſublimitatem quodammodo ea affectare, inter omnes fere interpretes in confeſſis eſt. Quodſi ſtatuere velimus, ſtili differentiam a fonte, ex quo ſcriptor hau-

ſerit,

ſerit, eſſe repetendam, et, quod paulo altius hoc loco ſurgat, id probare, eum ex poeta aliquo, res magnas magno verborum apparatu celebrante, haec deſumſiſſe, nonne boni ſcriptoris fuiſſet, ſuo ea loco apte inſerere, et ordinis diligentia videre, vt lector ex ſerie narrationis et certo ac definito vocabulorum vſu non dubius haereret, quanto res tantae celebrationis, et tam laetae memoriae accidiſſet? Id vero fieri poterit, quum ſcriptum inuenerimus אז ידבר יהושע ליהוה? An ex particula אז cognoſcere licet, vtrum poſt fugam hoſtium, an ante eam, an inter eam Ioſua preces fecerit? Satis nos docet haec particula, quae nihil ſignificat, quam *illo tempore*, τότε, et qua alibi etiam vſi reperiuntur interpolationum auctores, quisquis fuerit, qui haec adiecerit, eum in temporis deſignatione fluctuaſſe, et ne forte grauiorem errorem committeret, ſi loco certo Ioſuae preces aſſignaret, conſultius putaſſe, vage tantum, non indicato temporis aut actionis puncto, miraculum notare. *g*) Haud dubie enim, poſt Dauidis et Salomonis tempora, aliquis ex regiis hiſtoriographis (ספרים), qui nouam recenſionem annalium rerum Iſraeliticarum inſtitueret, quum forte in carmen incidiſſet, has res mirifice illuſtrans, faciendum putauit, vt locum ex eo adſcriberet; ſed de tempore, vel precum vel conſecuti inde miraculi,

g) Satis frequens eſt huius particulae vſus in eiusmodi laciniis, quae a ſerioribus manibus collectorum asſutae ſunt; v. c. Geneſ. IV, 26. XII, 6, XIII, 7. Pro ea etiam adhibent בעת ההיא, *illo tempore*; vt in ipſo Ioſua Cap. V, 2.



euli, quia in carmine non accurate indicatum erat, certiores facere lectores non potuit. Sed quid praeter haec de loco statuendum sit, videamus. Quae a versu 12, vsque ad vs. 13. med. גוי איביו leguntur, etsi certo certius est, poetico stilo narrari, tamen ad sequens fragmentum, quod ex ספר הישר affertur, trahi nequeunt. Primum enim contra morem est Hebraicorum scriptorum, laudandi formulam in mediis verbis allatis ponere; semper enim, sicut aliarum gentium scriptores, solent verbis allegandis praemittere. Deinde argumenti obest diuersitas, quum ante illam laudandi formulam mandatum, ad solem et lunam directum fuisse, dicatur, addaturque, vtrumque corpus caeleste morem gessisse; post illam solis tantum mentio fiat. Denique frigus intolerabile afflatum a vate esset, si, quae, ab initio vers. 13. leguntur, ab iis, quae a fine versus scripsit, et plane nihil continent, quod non ante adsuerit, excipi voluisset. Neque tamen possum assentiri Eichhornio, *) qui putat carminis triumphalis esse initium, quae a med. vs. 12. inde a verbis שמש בגבעון vsque ad citandi formulam legerentur: etenim, vt iam Dathius in not. ad l. monuit, non videtur scriptor neglecturus fuisse talem solemnitatem clarioribus verbis indicare, vt factum videmus Exod. XV, 1. Multo minus placet Michaelis sententia, fragmentum ex ספר הישר inde a vers. 12. med. vsque ad vs. 15. continuari, et quod in mediis verbis citandi formula extet, id nihil impedire, quo

*) Einleit. ins A. Test. T. II. pag. 404.

quo minus ad vnum carmen omnia referantur. *h*) Herderi sententia, *i*) qua totum hunc locum vnius carminis poeticam descriptionem esse putat, iam inde a vers. 11., non minoribus difficultatibus laborat; quamquan eae, qnas

h) Multo minus placet, quod Michaelis et Hezelius, quibus et Dathius, etsi non assentitur, tamen non repugnat, quo versui 15., qui post vs. 42. recurrit, sedem fixam vindicent, eum ex illo carmine antiquo esse statuunt. Miror sensum horum virorum, qui iudicio veri et pulchri in poesi censetur. Talisne versiculus in carmine tam splendido ac sublimi, quod praesumere licet nulla re cessisse Deborae cantico, lectus fuerit? Quid opus est ambagibus? Emigret versiculus, et ad auctorem suum redeat, quod et narrationis ordinem turbat, et manifestum mendacium infert. Est is idem, qui 43. et translatus est ab librario quodam in hunc locum, quia vs. 14. et 42. iisdem verbis finiuntur. Scilicet auctor huius additamenti verba vltima versus 14. ex versu 42. mutuatus est; quod ipsum argumento est, illud reliquis textis multo recentius esse; scriba igitur, quum pensum ad vers. 14. absoluisset, et interiecto aliquo spatio, denuo ad laborem accessisset, forte fortuna in sequentem paginam oculis aberrauit, et verborum similitudine in vs. 42. deceptus, pro versu 16., qui incipit וינסו, versum 43. scripsit. Paulo post errorem quidem agnouit; at ne exemplum, quod carius vendere cogitabat, inquinaret et pretii spem sibi praecideret, corrigere illud, et verba expungere noluit. Exemplo tamen, quod hoc vitio non deturpatum erat, vsi sunt οἱ ό, qui versum omittunt.

i) Vom Geist der hebr. Poesie P. II. p. 247.

quas Dathius in not. ad l. mouet, leuiores ſunt, nec ita comparatae, vt remoueri non poſſint. Quod enim dicit, ſi quis in hoc loco ſtilum velit poeticum agnoſcere, per omnem librum talem ſtilum agnoſcat, neceſſe eſſe, ſtatuendumque, quum facili negotio in longiores et breuiores lineas poſſet diſtingui, maximam partem poetice ſcriptam, id ſane non adeo magni momenti eſt: aliud enim eſt in longiores et breviores lineas poſſe dirimi, aliud rhythmo procedere. In aliis locis, vbi Hebraicorum ſcriptorum proſa, ſi mera proſa eſt, poeſin aemulatur, imagines quidem et dicendi formulas animaduertere licet poeticas, non vero rhythmum, quem hoc loco vel is, qui paulo alienior ab eiusmodi ſenſu eſt, non poſſit non ſentire. Quare etiam ei ſententiae, quam Dathius protulit, verſum 12. et 13. ab auctore totius libri ſcriptum eſſe, et rem geſtam narrari, prouti eam in commentariis, quibus vtebatur, narratam inueniſſet, ex libro deinde citato teſtimonium additum, quod inter ſcribendum in mentem veniſſet, calculum meum adiicere non poſſum: etenim meus me ſenſus docet, et aures, quarum iudicio tali in re me plurimum tribuere, non diffiteor, rhythmice haec fluere, et a reliquo libri tenore aliquanto discedere. Quapropter ita ſtatuo. Locus proſaice ſcriptus eſt, ſed eo proſae genere, quod poeticum hodie vocant, et quod noſtra aetate, magno bonarum litterarum et ſenſus recti et veri damno, tantopere celebrari coepit, certiſſimus corrupti iudicii et ſenſus, in peius degenerantis, index. Scilicet auctor huius additamenti recens a lectione carminis, quod laudat, ex

ספר

ספר הישר, etſi ſuis verbis, quae legerat, reddere et annalibus inſerere volebat, tamen vel animi incitati vehementia, vel rei narrandae magnificentia inuitante et fere abripiente, non poterat, quin poeticum colorem induceret, et rhythmicum quid inferret. *k*) Nec enim dubium videtur, quin omnia, quae de Ioſuae precibus et de ſolis ac lunae commoratione narrantur, ex antiquo illo carmine depromta ſint; at ſcriptor ipſis poetae verbis nihil narrandum putauit, quam, quod grauiſſimum eſſet omnium, precum exauditionem; reliqua ſuis verbis narrare ſatis habuit. Etenim preces tales a Ioſua factas eſſe, quum tot alia exempla, Moſis etiam in ſacris litteris obuia, quae auctori additamenti nota erant, probent, nihil vel tam abſurdum eſſe, vel mirum, quin homo precibus contendere a deo audeat, id non videbatur neceſſe eſſe, poematis veteris auctoritate confirmare, ſed quod multo grauius erat et mirabilius, preces illas, quas credere poſſes inauditas manſiſſe, a Ioua probatas et euentu ornatas eſſe. Fortaſſe tamen mirum videri queat, quod lunam gradum ſtitiſſe, poetae verbis non referat; at, quod ſolent Hebraici ſcriptores, qui parciores ſunt in afferendis aliorum verbis, ex poeta, niſi quod maxime eſſet neceſſarium, afferre quidquam eius ipſius verbis noluit: videbat enim, quae de ſole dicta eſſent, iis vt fides conciliaretur, poetae teſtimonio opus eſſe, deinde vero, de lunae moratione vt perſuaderetur animis, ſuam auctoritatem ſuffi-

k) Similis locus eſt Geneſ. IV, 23. 24. Lamechi effatum, vel Σκολιὸν de gladio inuento.

cere. Itaque ex *dexteritate (aus der Bravheit) l)* ſic enim interpretandum puto libri nomen, ספר הישר, vnicus hauſtus eſt verſiculus

l) ישר ampliſſimam habuit apud Hebraeos notionem, pro temporis varietate in animis variatam. In prima ſignificatione valuit *recta procedere*; et nomen eum denotauit, *qui non deflectit ab ea, quam ingreſſus eſt, via, ſed ea longius procedit.* Deinde videtur ad rem bellicam translatum eſſe, vt יָשָׁר eſſet *fortis, ſtrenuus*, qui recta procedit contra hoſtem; et ישֶׁר *virtutem bellicam* deſignaret, ἀρετὴν, ſenſu Homerico. Fateor tamen, huius notionis mihi nondum occurriſſe ſatis idoneum exemplum; habent alia vocabula Hebraei, quae in vulgus nota ſunt. Poſt notat ישר eum, qui talem ſe praeſtat, qualis eſſe debet, quam virtutem Latini *dexteritatis* vocabulo reddunt. Hinc ישרי־לב, homines probi et honeſti, *biedere, brave Leute*, ſaepius commemorantur. Semper caueas, neceſſe eſt, ne notionem *virtutis, pietatis*, quam nos his vocabulis tribuimus, immiſceas. Hinc puto librum dictum, qui carminum collectionem continebat, ספר הישר *librum dexteritatis;* nam ישר ſubſtantiue accipio; quia exempla dexteritatis et omnis virtutis, qualis ea illo tempore eſſe poterat, celebrabat, quibus legentium animi ad ſimile ſtudium inflammarentur. Simili de cauſa *Abu Temmam* collectionem carminum, vel Anthologiam, apud Arabes maxime celebratam, e qua excerpta edidit Schultenſius, حماسة *Hamaſa* inſcripſit, quod *virtutem bellicam* ſignificat. Michaelis, Eichhornius, Dathius, Hezelius, alii amplectuntur Syri interpretis ſententiam; hic enim vertit ܒܣܦܪܐ ܕܬܫܒܚܬܐ *in libro carminum*

lus, qui consecutum esset probet, vt in medio caelo sol steterit, a med. vs. 13.

ויעמד השמש בחצי השמים
ולא־אץ לבוא כיום תמים

Reli-

minum. Sed vereor, ne legerit transpositis litteris חשיר; quod quia ne satis quidem conuenienter cum loquendi vsu Hebraeorum dictum esset, quum esse deberet השירים, non puto recipi debere. In altero loco, vbi hic liber citatur, 2 Sam. I, 18. vertit Syrus ܐܫܝܪ ܣܦܪܐ vbi interpres, alius haud dubie, quam nostro loco, Hebraicum videtur retinuisse; quod etiam Arabs fecit. Hoc loco vertit: *in libro recti.* Ionathan in vtroque loco: *in libro legis*; intellexit Pentateuchum, vt alii inter Iudaeos et Christianos. 'Οἱ ό in Iosuae loco plane omittunt libri nomen; in Samuelis, ἐπὶ βιβλίȣ τȣ͂ εὐθȣ͂ς vertunt. Qui varias scire cupit doctorum virorum sententias, is Wolfium Bibl. Hebr. II. p. 219. sqq. adeat. Causa vero, cur Syri interpretis explicationem non veram esse, et dignam tanto doctissimorum virorum applausu, existimem, haec est, quod nimis vulgaris esset et vniuersalis titulus, quam vt carminum certae collectioni tribui commode potuisset. Scimus, quam curiosi sunt Orientales in excogitandis librorum titulis, etiam eorum, quibus nos artificiosos titulos praefigere non adeo solemus, v. c. grammaticorum librorum, et lexicorum. Quis credat, Hebraeos huic collectioni titulum daturos fuisse, qui cuiuis alii communis fuisset: *liber carminum, Gesangbuch, Liederbuch*? Ceterum, si fortasse est, cui haec non placeant; age aliam tentemus explicationem. Titulus libri significare potest *sortitorem.* Nam يسر est, *lusit*

alea

[redacted]

Reliqua, quae praecedunt a verſ. 12. et ſubſequntur vſ. 14., quem verſum Dathius etiam cum aliis interpretibus ad carmen refert, auctoris verba ſunt, poetam allegantis, non poetae; quamquam materiam rerum, et habitum poeticum eum ex poeta mutuatum, vt paulo ante monui, certum eſt. Prodit ſe etiam pannulus eo, quod ſermo, qui, rei natura efflagitante, ad ſolem et lunam directus eſt, et ex poetae conſilio directus eſſe debuit, ab auctore poe-

alea, vel ſagittis e loculo eductis; deinde, *distribuit aliquid tali ludo membratim diſſectum.* Hinc ميسر *ludus*, quem Arabes exercent, ſi camelum mactatum partiri volunt; tunc enim ſagittas partis nota ſignatas ſacculo condunt, vnde ab eo, qui ludo praeeſt, praemiſſis ſingulatim colludentium nominibus, educuntur. Vid. Pocock. Spec. Hiſt. Arab. p. 324. ſeq. Deinde quiuis ludus ita dicitur, vbi fortunae magis, quam arti et calliditati ludentis, ſi lucrum perceperit, tribuendum: quare Muhamedus eum ad Satanae opera refert. Vid. Coran. Sur. II, 219. et V, 99, 100. Is, qui ludo praeeſt, vocatur يسر vel ياسر *ſortitor*, qui ſigna profert, ſagittas educit, vt ſciant ludentes, quid cuique obuenerit. Hebraicum הישר tropice de Anthologia diceretur, quia tanquam ſortitor, euoluenti eam lectori, quod caſus obtuliſſet, tribueret, nunc huius, nunc alius herois vel clari viri laudes. Fortaſſe haec notio verbi ישר in explicatione nominis ישרון Deut. XXXII, 15; XXXIII, 5. 26. recte adhiberi poſſet, vt eſſet *ſorte electus, ſorte creatus*, κληρόπαλις.

poetam excerpente, ad Iouam directus perhibetur vſ. 12. vbi ſic habet אז ידבר יהושע ליהוה, ſicut etiam vſ. 14. a Ioua exauditas eſſe Ioſuae preces dicitur, quum tamen ſoli ac lunae, vt gradum ſiſterent, mandarit. Potuit vero ita facere homo, quia perſuaſum ei erat, a Ioua talia omnia fieri; et ſic, quae pro ſe dicebantur in carmine ſol ac luna feciſſe, ea Iouae, domino et auctori eorum, tribuenda putauit. *m)* Mihi tamen, fateor, veriſimilius eſſe videtur, in carmine longiores fuiſſe preces, ad Iouam ab initio directas, deinde vero, creſcente precantis feruore, ab eo deflectentes; quibus hoc mandatum, ſoli et lunae, quaſi viuerent, et ſui arbitrii eſſent, datum, intextum fuerit. Iam diſcuſſis iis, qnae ad criſin carminis pertinent, de re, quam complectitur, commodior agendi locus erit.

In eo optimis conuenit doctiſſimisque aetatis noſtrae interpretibus, miraculum non potuiſſe, prouti a poeta, vel poetae epitomatore narratur, accidere, ſed detrahendum eſſe ornatum poeticum, videndumque, quid, ſi ſpecies miraculoſa diſparuerit, maneat in factis ponendum. Cauſae vero, cur vere accidiſſe illud

m) Video quidem, haec poſſe paululum mitigari; ſcilicet, ſi דוםָּ non pro imperatiuo ſecundae perſonae, ſed pro infinitiuo, loco imperatiui tertiae perſonae accipiamus: *moretur ſol Gibeone.* Tunc enim facilius potuiſſet heros Iovam alloqui. At mihi quidem magis poetice fictum eſſe videtur a poeta, Ioſuam per ſecundam perſonam ad ſolem et lunam mandatum direxiſſe.



lud miraculum ſibi non poſſint perſuadere, in vulgus notae ſunt; quare nemo erit, qui a me nunc longam earum enumerationem expectet. Qui ſciuerit, totum vniuerſum, cuius, vt norunt hodie omnes rerum naturae periti, arctisſima eſt cum ſole, et planetis, certis orbibus eum ambientibus, coniunctio, perturbatum et a motu ſuo ſolemni impeditum eſſe debuiſſe, is vt perſuadere ſibi poſſit, Deum illud Iſraelitarum gratia, quo Amorraeos funderent ac profligarent, quod ſine tanto miraculo facere potuiſſent, et ſine dubio potuerunt, fieri voluiſſe, vehementer vereor. Deinde, ſi res tantae nouitatis tantique miraculi accidiſſet, eam non ſolum Iſraelitae et Cananaeae gentes ſenſurae fuiſſent, ſed per omnem terrarum orbem, quatenus ſol eum radiis ſuis colluſtrat, ad remotiſſimos populos, non fama eius, ſed experientia debuiſſet pertendere. At enim in nullo veterum ſcriptorum de tali miraculo quidquam legimus; quare, quod eo tempore acciderit, iure noſtro colligimus, aliud fuiſſe, quam quod, ſi ad literam narrata intelligimus, eueniſſe accipimus. Quid vero fuerit, de eo

Grammatici certant, et adhuc ſub iudice lis eſt.

Ex recentioribus interpretibus tres tantum commemorare placet Michaelem, Dathium, Hezelium: nam longius foret, ſi, quidquid ſuper hoc loco ſcriptum, disputatum, cogitatum ac ſomniatum eſt, id omne recenſere vellem. Michaelis putat, Cananaeos, vbi in fuga a tempeſtate, quam ſcriptor vſ. 11. commemorat, vehe-

vehementer vexati essent et ad incitas fere redacti, ne noctis quidem et tenebrarum beneficio ab Israelitarum persecutione et vltionis libidine liberatos esse, sed, quiescente tempestate, per totam noctem fulgura undique caelo micuisse, quae quum Israelitis hostes persequentibus lucem, diurnae non multum cedentem, praebuissent, tum hostes prohibuissent, ne Israelitarum manibus elaberentur, atque in silvis et speluncarum latibulis sese absconderent. Huius deinde rei cogitatione, quum plane mira visa esset, inductum esse poetam, vt rem ita pingeret et exornaret, ac si Iosua diei luci imperasset, vt tardius procederet, et durationem suam prolongaret; quid? vt fingeret, soli, ac lunae, vt ne cursu pergerent, Israelitarum ducem mandasse. Cui quidem sententiae eo conciliare studet auctoritatem et pondus, quod lunae idem Iosua, quod soli, imperet: etenim, qui solis luce fruatur, lunae lumine facile carere; vt non appareret, si de diurna luce prolonganda locus intelligi deberet, cur lunam etiam morari voluisset. Faciendnm praeterea esse, Iosuam in eodem meridiano solem et lunam conspexisse, quia solem Gibeone, lunam in valle Aialonensi, non procul a Gibeone dissita, morari iuberet; illud vero, vt luna eundem cum sole meridianum teneret, non nisi nouiluniis accidere, vbi in nostris regionibus fieri non posset, vt oculis ea conspiceretur, nedum in Palaestina. Quas difficultates removeri, si de fulminum micatione, etiam per noctem durante, et Israelitis hostium persecutionem expeditiorem reddente, omnis narratio acciperetur: etenim, quod reliquum fuisset diei, id



id solis, post nubes latentis, loco fulmina illuminasse; nocte inhorrente, lunae, vices eodem subiisse. Prouocat ad locum carminis Habacuci (III, 11.):

שמש ירח עמד זבלה
לאור חציך יהלכו
לנגה ברק חניתך

Quo in loco putat vatem ad hanc Israelitarum pugnam, et miraculum a Iosua paratum, respicere; quare ita eum vertit:

Sonne, Mond stand stille, wie sie gestanhatten;
bey dem Lichte deiner Pfeile setzten sie (die Israeliten) *den Zug fort,*
bey dem Glanze des Blitzes deines Spieses.

Non iam in animo est inquirere, rectene statuant viri docti, ad Iosuae factum Habacucum respicere, nec ne; illud modo quaerere liceat, an, si detur, Iosuae victoriam vatis animo obuersatam fuisse, Michaelis sententia inde capiat aliquid praesidii. Equidem, quoties lego ac relego versionem eius, quae qua fide reddat Hebraica et vatis sensum exprimat, nunc nolo attingere, toties nihil aliud inuenio, quam, quod Iosuae locum legenti se obtulerit, solem et lunam stetisse, et tempestatem cum tonitru irruisse. Nec obstat, quod in Iosuae libro tempestas prius memoretur, quam solis ac lunae mora: etenim in praecedentibus monitum est, hoc miraculum a seriore manu esse additum, et particulam אז, qua cum reliqua narratione connectitur, vage tantum tempus indicare. Potuit

tuit igitur, imo debuit, vt deinceps apparebit, prius consecuta esse solis commoratio, quam tempestas. Ergo ex Habacuco nihil lucis hac via peti poterit. Sed si per se rem consideres, quale monstrum habemus fictionis poeticae, quale portentum imaginis, quam informe, ingens, quam lumine cassum! Quis, amabo, vates, si canere voluerit, fulgura continua toto caelo per diem noctemque micuisse, et quasi solis ac lunae vices suppleſſe, heroëm excitauerit, qui soli et lunae, vt gradum sistant, imperet? Ergo preces Iosuae, si is earum sensus esset, huc redirent: *Fac, Ioua, vt tempestas adhuc duret, et horrore suo omnia impleat; fulmina de caelo mitte, quae si ad occasum sol verserit, lumen eius continuent, et, luna media nocte abeunte, vices eius subeant; ne tenebris impediamur, quin hostes, prouti meruerunt, puniamus;* vel ipsa fulgura, tacito nomine vero ac proprio, ob simile, quod praestarent, vel praestitura essent, officium, solis ac lunae nomine compellasse censendus esset; vt sit: *Sol morare Gibeone, et Luna, in valle Aialonensi;* idem quod: *Vos fulgura, quae mihi iam solis loco estis, mox lunae loco futura, moramini, adeste, nec me deficite.* Quam vero absurdae ac stolidae istae preces essent. Pro sole fulminis lucem habere optat heros; pro lunae lumine caeli micationem. Mirum; quidni potius serenum caelum optat? Multo sane commodius vsque ad solis occasum, et, nocte incidente, si luna lucem praebuisset, hostes potuisset persequi, quam inter dubias fulminum vibrationes. Mitigari quidem res posset,

ſet, ſi ſtatueremus, poetam noluiſſe, Ioſuam, qualem illum exhibuit, de fulminibus cogitantem videri, ſed de diei prolongatione; at tunc eneruaſſet poeta rem potius imagine ſua, quam roboraſſet, depreſſiſſet magis, quam extuliſſet; pro his enim: *fulgura ſupplebant ſolis lumen, crebrae ignium micationes non ſinebant lunam deſiderari;* dixiſſet: ***nox in diem verſa erat:*** quae ſic nude poſita in nullam aliam cogitationem poſſunt lectorem deducere, quam vel ſerenam noctem fuiſſe multa lunae luce colluſtratam, vel per miraculum noctem die non ſucceſſiſſe. Deinde, vt taceam, quam temere ſacturus poeta fuiſſet, ſi heroem ſingere voluiſſet aliter cogitantem, atque lectores ex verbis eius poſſent colligere; ne rei quidem per ſe ſpectatae ſua veritas conſtat. Si enim heros de diei tempore extrahendo cogitauit, et illud negotium ad ſolem detulit; lunae, quae nocte tantum lucet, et, tenebris fugatis, caliginem in fulgorem mutat, ne conceditur quidem, ſole non decedente, vt officii iniuncti partem exſoluat. Ergo luna poetae calliditate adiecta eſſet a Ioſua, ne nos, ſicut ille, de diei lucis extenſione, ſed de fulminum vibrationibus cogitaremus; ſed quam ſtupidum agnoſceremus in Ioſua heroem, qui ne id quidem ſciret diiudicare, die non pulſa, non poſſe intrare noctem! Vt vt ſit, hoc aio atque contendo, poetam, ſi vera eſſet Michaelis ſententia, multo ſublimius, multoque ad rem accommodatius ſcripturum fuiſſe, ſi proprie rem adumbraſſet, et, ſicut vel traditione vel oculorum teſtimonio acceperat, apto ver-

borum ornatu exhibuisset. Sed nunc ad Dathii sententiam.

Hic, vt solet in eiusmodi rebus, iusto brevius quaestionem expedit. Sic habet in not. ad l. *Quamquam in explicanda hac ῥήσει sine haesitatione iis assentior interpretibus, qui negant motum astrorum impeditum fuisse, et poetice tantum dici Iosuam per integrum diem et totam noctem hostes esse persecutum: tamen hoc non impedire videtur, quo minus aliquid extraordinarii, nec tamen prorsus inauditi extiterit; nempe vt per refractionem sol supra horizontem esse videretur; postquam iam occiderat; quod vero a poeta suo more, aut, vti oculis visum fuerat, ornatum est et descriptum. Iosua fortasse huiusmodi quid precatus fuerat a Deo audientibus aliis, et Deus votis eius annuit.* Ergo Iosua tale quid precatus erat? Recte. Sol supra horizontem esse per refractionem radiorum visus est, postquam occiderat? Esto. Sed quid luna faciamus? De hac nihil monitum. Atqui in caussis haec est, vt Iosua non solum per integrum diem, sed etiam per totam noctem hostes persecutus dicatur. Sed quis poeta, qui talem rem exornandam aggressus sit, dixerit poetico furore abreptus: *Sol moratus est super Gibeone, et luna super valle Aialonensi?* Si sol moratus est, non potuit nox succedere; si nox non successit, non potuit luna morari, nec Iosua hostes per totam noctem persequi. Certe, si solem praeter morem diutius mansisse placeret asserere, hoc inde sequeretur, vt longissimum post hominum memoriam diem

diem nox ſecuta eſſet longiſſima. Sed tali nocte, etſi lunae radiis illuminata, ei, qui diurnae lucis, iam mirum in modum protractae, beneficio vſus fuerat, opus plane non erat. Vanae igitur fuiſſent ducis Iſraelitarum preces, nec ſatis perpenſae; vanus item poeta, qui talia finxiſſet, nec meliorem cautioremque in ſermone heroem dediſſet. Quod ſi hoc ſumamus, poetam finxiſſe, Ioſuam lunam ſimul cum ſole in caelo videre; nox plane omittenda erit, nec de hoſtium perſecutione per noctem cogitandum. At tunc illae recurrunt difficultates, quas, quum Michaelis ſententiam diſcuterem, illo praeeunte, iam attigi: quomodo oculis conſpici luna in eodem cum ſole meridiano potuerit; quum vix veriſimile ſit, Ioſuam rationes aſtronomicas ſecutum, etſi nouilunium eſſet, et luna humanos viſus fugeret, tamen eam allocutum eſſe. Has vero nebulas diſpuliſſe ſibi videtur Hezelius. Quod, vt videamus, quomodo factum ſit, ſententiam eius paucis adhuc expendam.

Primum cenſet, nihil miri accidiſſe; quod Ioſua iuſſiſſet, ſolem ac lunam morari, id eo feciſſe, vt militum animos maiori fortitudine, et vehementiori pugnandi ardore incenderet. Mandatum eius ad ſolem et lunam directum huc redire: *maneat dies.* Nihil vero aliud ſibi velle, quam hoc: prius futurum eſſe, vt ſol et luna in loco, quem iam tenerent, immoti ſtarent, quam vt inulta maneret iniuria ſibi Gibeonitisque ab Amorraeis illata. Sic quidem ſtatuiſſe, et ſtatui voluiſſe ſcriptorem; aliter vero poetam (vſ. 13. 14.) rem accepiſſe; hunc de vera diei pro-

lon-

longatione esse interpretatum; sed a fide eius non standum esse. Difficultates, quas luna movet a Iosua simul inuocata, ita studet removere, vt de eius apparitione in valle Aialonensi nocte praeterita cogitari iubeat. Sed nonne frigidiuscule diceret Iosua: *Tu, luna, quam in valle Aialonensi praeterita nocte vidi, gradum siste?* Vt taceam, ad diei lucem retinendam et vindicandam lunae auxilio non opus fuisse. Deinde mirum esset, si in priori membro בגבעון ad verbum; in posteriori בעמק אילון ad nomen trahere vellemus; quis enim ferre posset in poeta, Hebraeo praesertim, talem in distribuendo sententiarum ornatu inconstantiam? Et vero ipse Hezelius non satis sibi constans fuit: etenim ad vers. 12. ita scribit: *Wie aber der Mond? stund dieser vielleicht auch des Mittags am Himmel? Nein, sondern die vorige Nacht, oder mehrere Nächte vorher, präsentirte sich der Mond dem israelitischen Lager, über dem Thal Aialon stehemd.* Unter diesem Standort stellt sich Iosua auch itzo den Mond vor; *ob er gleich damals nicht schien, auch nicht scheinen konnte.* Et ad vers. 13. *Iosua giebt nun seinem Volk eine Aufmunterung — er spricht: Sonne, geh nicht unter! (bleibe am Horizont, wo und wie du itzt stehest, unverändert!)* Mond bleibe auch du stehen, wo du jetzo stehen magst. Cur Gibeon, vbi sol morari iubetur, is sit locus, vbi sol vere versetur, et morari debeat; Aialon, similis lunae locus non sit, sed ad noctem praeteritam referendus, et, vbi in praesenti luna versetur, id in incerto ponendum? Atque, etiamsi dem, om-

omnia ſic ſe poſſe habere, et contra regulas interpretationis ea, quae de luna addita ſunt, ad nomen trahenda eſſe, tamen illa ſupereſt quaeſtio, cur lunae moras imperet heros, cui imperari non neceſſe erat, quum ſole morante, de lunae aduentu non eſſet timendum. Quod igitur in Hezelii miraculi explicatione anſas ad reprehendendum praebet, hoc eſt, quod locorum nomina, Gibeonem et Aialonem, in vno verſiculo, vni eidemque verbo iuncta duplici relatione vult accipi, et quod duplici ſenſu morari iuſſa eſſe caeleſtia corpora autumat, ſolem, ne occidat, lunam, ne oriatur: quorum vltimum precibus efflagitari, non neceſſe erat, quum, primo dato, ſua ſponte ſequeretur.

Iam me ordo tangit, vt, quid de hoc loco et narrato ibi miraculo mihi videatur, cum lectore communicem. Primum per ſe clarum eſt, de vera aſtrorum mora non poſſe cogitari: quare non vereor, ne temere facere cuiquam videar, qui miraculum illis accenſendum putem, quae in homine magis, quam in rebus externis acciderint. Nemo enim neſcit, quanta ſit iudicii humani imbecillitas, quanta fraus ſenſuum, quanta phantaſiae fallacia quum aliis in rebus permultis, tum in tempore notando, diiudicando, et dimetiendo; vt, niſi certas notas, regulas, et inſtrumenta, quibus temporis rationes diſcas, in promtu habueris, aut ſolis, lunae, ſiderumque curſum probe tenueris, et ex obſeruatione eius tempus veriſimili ratione colligere ſciueris, fieri non poſſit, quin grauiter interdum erres, et alios errore irretias. Sic ſcimus, otioſis nobis, et opere plane vacuis,

cuis, tardiores procedere ſoles, et quadrantem horae diuturnitate morae plenam fere horam aequare, et horam ad dimidiam diei partem ſeſe extendere; contra, ſi negotiis occupati, et variis laboribus distracti fuerimus, ſenſim tempus labi, atque adeo ruere, et, quod aliquot horarum erat, id vnius vix eſſe videri. Quod ſi horologiis careremus, aut aliis notis artificialibus, quibus temporis rationes, ſi hoc modo perturbatae fuerint, ad ordinem ſuum reuocari poſſunt: nonne futurum ſaepius eſſet, vt ex noſtra perſuaſione, vel certe opinione ac ſenſu, hoc eſt, ſalſo, hoc eſt, peruerſe, hoc eſt, aliter, atque ſe res haberet, iudicaremus? At quum ſingulo accidere id posſit homini, et vere accidere, experientia doceat, idem quo minus pluribus ſimul, atque multitudini hominum, ſimilibus negotiis intentae, ſimilibus ſtudiis et curis agitatae, finem ſpectanti eundem et ad eum properanti, accidat, quid impedit? Quare equidem nihil video veriſimilius, nihil, quod magis cum homine rebusque humanis congruat, quam Ioſuam, qui homo erat, nec humani quidquam a ſe alienum putare poterat, eiusque exercitum, quum in fugam verſae eſſent hoſtiles acies et profligatae, quinque Amorraeorum reges occiſi, duae vrbes, Maceda et Libna, expugnatae (vid. vſ. 28. 29.), perſuadere ſibi coepiſſe, tot res geſtas, tanti laboris, tantae moleſtiae, longius tempus requirere, quam vnius diei, et, quum certius nihil ſcirent, quam eo ſpatio temporis, quo, ſi non plurimum, certe duorum dierum opera abſoluerant, ſemel tantum ſolem occidiſſe, ſtatuiſſe, id ſolito die longius fuiſſe, et duorum

rum durationem aequasse. Hanc persuasionem vel excitabant primum in animis vel alebant, quae primo mane in exercitu acciderant. Iosua per totam noctem cum exercitu Gilgale Gibeonem versus profectus, quum iam prope videret hostiles acies, ad solem magno haud dubie splendore tum orientem et horizontem versus pergentem, conuersus, Iouam precatus fuerat, faceret pro propitia sua et dudum cognita atque perspecta in Israelitas voluntate, nec prius solem occidere, et noctis tenebras inhorrescere sineret, quam suas et Gibeonitarum vltus esset exercitus iniurias. Quod tale quid ausus est heros a Ioua precibus contendere, non est, quod miremur; quum ex scriptore constet, eum, vt magno animo rem aggrederetur, nec sibi aut exercitui quidquam timeret, a Ioua ipso commonefactum; quae quidem in somnis facta esse, non eget admonitione. Hinc tantum in heroe nostro fiduciae; hinc illa, quae dici fortasse a maleuolo possit, audacia. Ita statuebat Iosua, qui Iouam per longos in deserto errores et benignissimum et potentissimum expertus erat, generosi ac liberalis esse animi, cui multum debeas, eidem velle debere plurimum. Ergo vere tales preces a Iosua factas, quum id ex religione hominis et intima, quam intercedere sibi cum Ioua, persuasum habebat, consuetudine facile probari possit, nullus dubito. Accedit, quod et apud alias gentes heroes similia precati a diis suis leguntur; quorum exempla, etiamsi hoc non confirment, tamen illustrant. Agamemnon apud poetarum principem, per somnum a Ioue monitus, vt copias aduersus Troianos educeret,

quia

quia facile poſſet eos, deficiente eos deorum tutela, deuincere, exercitum educit, ſacra Iovi facit et ita precatur (Iliad. β, 412.):

Ζεῦ κύδιςε, μέγιςε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων!
μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι, καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν,
πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον
αἰθαλόεν, πρῆσαι δε πυρὸς δηΐοιο θύρετρα·
Ἑκτόρεον δὲ χιτῶνα περὶ ςήθεσσι δαΐξαι,
χαλκῷ ῥωγαλέον· πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν.

Sed non contigit ei tam eſſe felici, quam Ioſuae, vt Iupiter precibus eius annueret: nam addit poeta;

— οὐδ' ἄρα πώ οἱ ἐπεκραίαινε Κρονίων
ἀλλ' ὅγε δέκτο μὲν ἱρὰ, πόνον δ' ἀμέγαρτον ὄφελλεν.

Ioſua igitur non circa meridiem, inter pugnam aut perſecutionem, vt vulgo creditur, ſed primo mane, vbi ſolem prodeuntem et prima luce terram luſtrantem animaduerterat, has preces, audiente exercitu, fuderat. Preces ſecuta deinde tempeſtas eſt. Quo manifeſto fulminum, tonitruum et grandinis teſtimonio, quum aucta eſt in omnium animis perſuaſio, deum ſibi adeſſe, tum fama increbuit, preces Ioſuae eſſe exauditas. Inter hanc tempeſtatem, inhorren-

horrentibus, et caelum obducentibus vndique tenebris, quum nec diei luce frui liceret; nec solis facies oculis posset conspici, maximam operis partem perfecerant, multos hostium ceciderant, plurimos fuderant. Quum militum animi, et ira grauiter affecti, et Iouae monitis atque auxilii promissione incitati, et ducis precibus fiducia plenissimis erecti, vbi viderant, se prospero Marte pugnare, nimis intenti essent in hostium persecutionem et caedes, accidit, et facile accidere potuit, vt eos temporis ratio fugeret; et quoniam horologiis, quae verum temporis ordinem docere potuissent, destituebantur, factum adeo est, vt, quum tranquillato aëre, sol ex nubibus rursus prodiret, et in medio caelo, super Gibeone, penderet, mirati, tantum superesse temporis, quantum satis esset ad euertendas aliquot vrbes, crederent, inter tempestatem solem non processisse, sed, Ioua iubente, fixum loco, vbi fuerat, mansisse. *n*) Haec vulgo tum credita poeta aliquis haud ignobilis arripuit, et, vt admirationem in animis excitaret, aliquanto auxit, et grandiora, quam re ipsa erant, carmine exhibuit.

Pri-

n) Fortasse possent quodammodo huc vocari, quae Cicero de Diu. II, 27. ait: *Atque haec in bello plura et maiora videntur timentibus; eadem non tam animaduertuntur in pace. Accedit illud etiam, quod in metu et periculo quum creduntur facilius, tum finguntur impunius.* Nimirum, quod timor his in rebus efficit, efficit etiam immodicum gaudium, adeo, vt hoc miraculum in bello, etsi non studio et arte confictum sit, facilius tamen creditum fuerit.

Primum conuenientius esse cum herois ac ducis grauitate et dignitate arbitratus est, si, quod precibus a Iosua efflagitasset, vt ne solem prius, quam vltio peracta esset, occidere sineret, id ipsi soli imperantem, faceret: nouerat enim, quanta talis herois futura esset apud posteritatem admiratio, quanta rerum ab eo gestarum celebratio et gloria. Quum dux tale quid audeat, vt soli mandet, ne cursu pergat: eos, qui ei parent, et a quibus circumdatus est, quoniam omnibus audientibus factum est, mirari, necesse est, intrepidum in eo animum, fiduciam, consilii celeritatem, spei certitudinem, et ad similes conatus, ad similem victoriae spem cum eo abripi. Deinde, ne quid praetermitteret, quod et ornatiorem et illustriorem redderet, et, quo verbis etiam maiorem dignitatem et maiestatem compararet, mandatum ducis ad lunam simul dirigi voluit: quum enim, quod vel ita sciebat, vel ipse narrando acceperat, mane, orto sole, sicut res erat, precantem, vel potius mandatum dantem faciat; fingere ei licuit, inuitante praesertim poeseos Hebraicae ingenio et membrorum parallelismo, Iosuam lunam vidisse solem praegredientem et partem itineris iam emensam. Id vero, vt luna propius ad solem recedat, et paruo spatio ante eum, ac tantum non cum eo orbem suum conficere gestiat, fieri solet, si, plena vbi fuerit, ad medietatem se contrahens, διχότομος rursus efficitur; quo quidem statu humano visui patet, vsque dum luminis deminutione ita attenuatur, vt tandem in eodem cum sole meridiano procedens, propter maiorem huius splendorem, oculis conspici nequeat. Neutrum igitur corpus

pus caeleste super Gibeone aut Aialone dux, ex poetae consilio, vidisse censendus est; sed quod mandat, ita capiendum: *Tu, sol, qui iam ortus es, vbi ad Gibeonem perueneris, et in pugnae spectaculum admissus fueris, gradum siste; et tu, luna, quae iam Aialonem versus, solem praeuertens, procedis, quum vallem illam attigeris, ne vlterius propera; expectate, nec loco, vbi praelio res decernenda est, discedite, donec victoriam de hostibus deportauerimus non ambiguam.* Vix datum est mandatum, quum tempestas inhorret; aer nubibus praecingitur, sol caligine obducitur, luna disparet; grando cadit ingens; hostes funduntur, et occiduntur. Quiescente tempestatis saeuitia, sol redit et in medio caelo pendet, mirantur milites, non propius eum ad occasum se inclinasse; dei voluntati ac Iosuae precibus tribuunt. Nec a duce neglectum, quod eos in ea opinione confirmare posset; numinis id testari praesentiam; faciendum esse, vt vlterius victoriae beneficio vterentur; ne ex manibus mitterent vrbibus hostium potiundi opportunitatem. Milites, his dictis accensi, obediunt; vrbes oppugnant, Macedam et Libnam, quas eodem die capiunt. Sic sibi rem finxisse poetam, quum eam canendam aggrederetur, eumque cum reliquis popularibus, ipso Iosua non excepto, sibi persuasum habuisse, solem et lunam stetisse, nullus equidem dubito. Illud vero sensuum fraude factum esse, vt animi in illam persuasionem pertraherentur, inter tempestatis tumultum, si non ex ante dictis iam satis appareret, docere posset et illustrare Habacuci locus (III, 11.), iam

iam ſupra a me prolatus. Quamuis enim iis interpretibus, qui ſtatuunt, vatem ad Ioſuae miraculum reſpexiſſe, non poſſim asſenſum praebere; tamen, quoniam talem rem celebrat, qualis, Ioſua cum Amorraeis pugnante, vere accidit, non mediocrem inde lucem loco noſtro peti poſſe arbitror. Sed Michaelis, cuius verſionem ſupra adduxi, male locum intellexit, et male interpretatus eſt; melius Dathius: *Sol et luna in ſtatione ſua ſubſiſtunt, lucent ſagittae tuae, ſplendent fulgura, tanquam tela a te vibrata.* Sed vel ſic ſenſus poetae non exhauſtus; ſic puto eum reddendum eſſe: *Sonne und Mond blieben im Zelt zurück, deine Pfeile gaben Licht; Glanz der Blitz deines Spieſes.* o) Poeta celebrat Iouam in tempeſtate apparentem. Vult ergo hoc, inter illam tempeſtatem obſcuratum fuiſſe ſolem ac lunam nec oculis potuiſſe conſpici. At quam magnifice haec extulit: in tabernaculo ſuo ſteterunt ſol et luna nec prodire auſi ſunt, vt munus

o) Deceptus eſt Michaelis, vel decipi voluit verbo יחלכו, quod ad Iſraelitas refert, vertitque: *ſie ſetzten den Zug fort*: quum tamen ad חִצֶּיךָ pertineat, loco verbi ſubſtantiui cum לְאוֹר coniungendum. Elegantior multo eſt hic verbi vſus, quam ſi ſimpliciter dixiſſet: *erant in lucem* h. e. *lucis loco.* Sic ap. Homer Iliad α. 53. ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ ςρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο. Eodem modo uſurpatur verbum חלך Pſalm. LXXVII, 18. אף חצציך יתהלכו *ferebantur ſagittae tuae*; et Exod. IX. 25. ותהלך אש ארצה *ignis, (fulmina) in terram deſcendebat.*

nus lucem praebendi mortalibus obirent, quum, aëra miſceri et Iouam tanto apparatu appropinquare viderent. Solis ac lunae vices ſupplebant dei iacula; haec tantum ſplendorem praebebant, vt ſolis luce facile terra careret. Grandis et magnifica imago! Sed ſi hanc imaginem detraxeris, id fere habebis, quod poeta in *Sepher Hajaſchar* celebrat; niſi quod hic, quae ex traditione acceperat, admiſcuit, et, quia viderat, ex re eſſe, miraculoſiora etiam, quam acceperat, exhibuit. Nunc facile eſt intelligere, quomodo haec miraculi, quod reapſe nullum fuit, ſed viſum tantum militum animis, fides, quum mirum quantum roboris ex poetae exornatione cepiſſet, in religionem abierit; vt regius hiſtoriographus, qui tamen cultiore aetate viueret, dignum id eſſe crediderit, quod in annales referret. Scilicet eadem ei ſententia conſtitit, quae Liuio lib. XXXXIII, 13. *Non ſum neſcius, ab eadem negligentia, qua nihil deos portendere vulgo nunc credant, neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri. Ceterum et mihi, vetuſtas res ſcribenti, neſcio quo pacto, antiquus fit animus; et quaedam religio tenet, quae illi prudentiſſimi viri publice ſuſcipienda cenſuerint, ea pro dignis habere, quae in meos annales referam.* Praeter haec peruulgata erat eo tempore opinio, ſidera res humanas curare, et ſimul cum deo, ſi quid grauius humano generi, vel populo alicui accideret, id vt propellerent, omnibus neruis contendere. Quae quanquam ab initio viuidioribus vatum debebantur ingeniis, quae omnia anima et vita donabant, et

ſenſu

ſenſu humano inſtruebant: *) in ſequentibus tamen temporibus credi a vulgo coepta, et ad lite-

*) Vt exemplum habeamus, quomodo feruidioris ingenii ſcriptor, qui poetas aemulatur, narrare ſoleat, apponam locum Flori III, 5. vbi pugnam Pompeii cum Mithridate deſcribit: *Nocturna ea dimicatio fuit*, et luna in partibus, quippe quaſi commilitans. *Quum a ſacie ſe hoſtibus, a tergo Romanis praebuiſſet, Pontici per errorem longius cadentes umbras, quaſi hoſtium corpora, petebant.* Sic conſtituendam arbitror loci lectionem. Et ſic iam alii. Lipſius vult: *Quum a tergo Romanis, a facie hoſtibus ſe praebuiſſet;* quod eodem redit. Sana ratio hanc emendationem poſtulat; vix enim a me impetro, vt credam, tam tardum fuiſſe Florum, vt, quod vulgo pro ſcripto ab eo venditur, id ipſe pro vero habuerit: *quippe quaſi commilitans, quum a tergo ſe hoſtibus, a facie Romanis praebuiſſet, Pontici per errorem longius cadentes umbras ſuas, quaſi hoſtium corpora petebant.* Teſtantur etiam alii ſcriptores, a tergo Romanis lunam fuiſſe, Oroſius, Frontinus, Plutarchus. Huius narrationem Pomppei. p. 636. adhuc adſcribam, quo appareat, quam ſimpliciter res ab eo, qui ad hiſtorias ſcribendas natus ſit, tradi ſoleant: Ἐπῆσαν μὲν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ νώτου τὴν σελήνην ἔχοντες. Πεπιεσμένου δὲ περὶ τὰς δύσεις τοῦ φωτὸς, αἱ σκιαὶ πολὺ τῶν σωμάτων ἔμπροσθεν προϊοῦσαι τοῖς πολεμίοις ἐπέβαλον, οὐ δυναμένοις τὸ διάστημα συνιδεῖν ἀκριβῶς. ἀλλ' ὡς ἐν χερσὶν ἤδη γεγονότων, τοὺς ὕσσους ἀφέντες μάτην, οὐδενὸς ἐφίκοντο. Simile quid narrat Tacitus Hiſtor. III, 23. de pugna inter Vitellianos et Flauianos: *Neutra inclinauerat fortuna, donec adulta nocte, luna ſurgens oſten-*

literam intelligi, atque adeo, si quis fidem iis vellet abrogare, in religionem trahi. Insignis locus, ex quo intelligi possit, quo vsque progressi sint poetae phantasiae volatu, et cuius in Iosuae loco illustrando vsus est, extat Iudic. V, 20. in Deborae cantico:

מן־שמים נלחמו הכוכבים
ממסלותם נלחמו עם סיסרא׃

Scilicet, dum praelium committebatur, saeuiebat tempestas (v. Cap. IV, 14.): hanc interpretatur poetria, animo numine pleno, dei aduentum. Quam magnifice exornat caeli iras ac nubium! Quam odium omnia et perniciem spirant (vers. 4 et 5)! stellae adeo in pugnam descendunt, et auxilio Israelitis veniunt! Vt Debora fingit, stellas pro Israelitis pugnasse, ita poeta ex *Sepher, Hajaschar*, solem et lunam, vt gratum facerent Iosuae et faciliorem redderent victoriam, immotos caelo mansisse

ostenderet acies falleretque. Sed Flauianis aequior a tergo; hinc maiores equorum virorumque vmbrae, et falso, vt in corpora, ictu, tela hostium citra cadebant; Vitelliani aduerso lumine collucentes, velut ex occulto iaculantibus, incauti offerebantur. Iam quid facturum censes vatem Orientis, si tale factum ei celebrandum esset? Quid luna tunc fieret? Nonne multo illustriores partes ageret, quam in Iosuae pugna cum Amorraeis? Videmus igitur, quomodo facta simplicia atque consueta, accedentibus coloribus poeticis et animo vehementer affecto, miraculosiorem formam induant.

ſiſſe et diem prolongaſſe. Simili modo Ieſaias, vbi magnam rebus Iſraeliticis proſperitatem promittit, lunam ac ſolem gaudii iſtius participes fore canit, Cap. XXX, 26. *Lunae ſimilis ſplendor erit ac ſoli; ſol vero ſeptem dierum ſplendorem adunaſſe iudicabitur; tantus eius ſplendor erit.* Apud Graecos etiam poetas tales fictiones, quae tamen a vulgo pro vero habitae, vt caeleſtia corpora vel diis paruiſſe, vel hominum commoditati proſpexiſſe dicantur, licet deprehendere; quarum quidem beneficio non modo poetam, qui ſolem et lunam Ioſuae morem geſſiſſe narrat, a temeritatis nota liberare poterimus, ſed etiam explicationi, quam attulimus, lucem aliquam adſpergere. Apud Homerum (Iliad. Σ, 239.), quum Patroclo ab Hectore occiſo, pugna inter Graecos et Troianos videretur redintegrari, Iuno de Graecis ſollicita, vt finem mutuis caedibus imponat, ſolem vel inuitum cogit Oceano immergere:

> Ἠέλιον δ' ἀκάμαντα βοῶπις πότνια Ἥρη
> πέμψεν ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοὰς ἀέκοντα νέεσθαι.
> Ἠέλιος μὲν ἔδυ, παύσαντο δὲ δῖοι Ἀχαιοὶ
> φυλόπιδος κρατερῆς καὶ ὁμοιΐου πολέμοιο.

Nonne ſimile praeſtat hic ſol officium, atque apud Hebraeum vatem? Nihil aliud voluit poeta, quam citius viſum eſſe ſolem, quam ſolebat, occidere. Nimirum pugnandi ſtudio atque ardore abrepti non ſenſerant Graeci et Troiani, tantum praeterlapſum eſſe temporis; quumque tenebris inhorrentibus reprimerentur

generoſi



generosi impetus, quia nec fatigati erant animi, nec hostium caede exsatiati, miraculo vel dei interventu solem citius occidisse arbitrabantur. Quod quia Troiani in damnum suum factum suspicabantur, Graeci vero in commodum: Iunonem fuisse, quae id machinata esset, hos adiuuantem, illos opprimentem, animo fingebant. Vocari huc potest, quod poeta, vbi Penelope maritum suum, Vlyssem, agnoscit, de Aurora memorat, Odyss. ψ, 239. Penelope inhaeret marito; ad multam noctem confabulantur. Fieri potuisset, vt se somno priuarent; at tantum temporis, quantum ad corpus recreandum satis esset, superfuit. Quod si comparabant, quae collocuti inter se erant, cum tempore sibi concesso, videbantur ea longius tempus, quam quod solita nox suppeditaret, requirere. Mineruae igitur necesse erat factum esse sedulitate et cura, vt tardius Aurora caelum conscenderet. Sic habet poeta:

ὣς ἄρα τῇ ἀσπαστὸς ἔην πόσις εἰσοροώσῃ·
δειρῆς δ' οὔπω πάμπαν ἀφίετο πήχεε λευκώ.
καί νύ κ' ὀδυρομένοισι φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
εἰ μὴ ἄρ' ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
νύκτα μὲν ἐν περάτῃ δολιχὴν σχέθεν, Ἠῶ δ' αὖτε
ῥύσατ' ἐπ' Ὠκεανῷ χρυσόθρονον, οὐδ' ἔα ἵππους
ζεύγνυσθ' ὠκύποδας, φάος ἀνθρώποισι φέροντας,
Λάμπον καὶ Φαέθονθ', οἵτ' Ἠῶ πῶλοι ἄγουσι.

Simili modo in Plauti Amphitruone, vbi Iupiter cum Alcmena cubat, nox ita producitur, vt duas longitudine aequet: quum enim Hercules corporis robore et laboris tolerantia

tantum valeret, quantum nemo mortalium; non poterant rudes animi ſibi perſuadere, ad talem virum procreandum vulgarem noctem ſuffeciſſe; longiorem eam eſſe debuiſſe ſtatuebant. Hinc datus fabulae locus. Sed audiamus Soſiam et Mercurium Act. I. Scen. I, 114. ſeqq.

SO. *Certe edepol ſcio, ſi aliud quicquam eſt, quod credam, aut certo ſciam,*
Credo ego hac noctu Nocturninum obdormiviſſe ebrium.
Nam neque ſe Septemtriones quoquam in caelo commouent,
Neque ſe Luna quoquam motat, ſtatque vti exorta'ſt ſemel,
Nec Iugulae, neque Veſperugo, neque Vergiliae occidunt,
Ita ſtatim ſtant ſigna; neque nox quoquam concedit die.

ME. *Perge, Nox, vt occoepiſti! gere patri morem meo;*
Optimo optime optimam operam das; datam pulcre locas.

SO.

SO. *Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo;*
Niſi item vnam, verberatus quam pependi perpetem.
Eam quoque edepol etiam multo haec vicit longitudine.
Credo edepol equidem dormire ſolem, atque appotum probe.
Mira ſunt, niſi inuitauit ſeſe in coena plusculum.

Ex his omnibus liquet, eundem fere tenuiſſe in omnibus veteribus populis, ad maiorem ingeniorum cultum nondum adductis, cogitandi de rebus et iudicandi modum, eumque alium fuiſſe, quam qui inter nos, maiori artium cognitione ditatos et ſapientiae diſciplina ſubactos, animaduertitur; certumque eſt, habuiſſe rude hominum genus res pro miraculis, quae, ſi noſtra aetate acciderent, vix dignae viderentur, quas memoriae proderemus. Quas tamen ſi quis ſtatueret illis etiam hominibus nihil aliud viſas eſſe, ac nobis, is, quia noſtrum ſenſum, noſtrum iudicium, noſtram rerum ſcientiam in illos transferret, inſignem errorem committeret. Creditum igitur fuit, vere accidiſſe, quod de ſole ac luna narratur, miraculum, creditum fuit a Ioſua eiusque exercitu, a vate res Ioſuae celebrante, a ſcriptore carmen excerpente; nos vero, vt credamus,

[redacted]

Quum alia, et, quod ſuſpicari licet, praeſtantiſſima Graecorum poeſeos monumenta, in quae temporis iniuria ſaeuiit, iure lugeamus: tamen nihil eſt, cuius iacturam iniquius ferre debeat bonarum litterarum omnisque humanitatis cultor, quam carminis elegiaci. Tibullus, Propertius, Catullus, quanta apud Romanos nomina! at quam laudem, quam nemo negat eſſe maximam, hoc in genere merentur, ei haud ſcio, ſi Graecorum opera conniuente fortuna ad nos perueniſſent, an horum fama atque nobilitas nonnihil officeret. Quamquam enim habet Romanorum elegia, quod Graecis acceptum non fert; id tamen ita comparatum eſt, vt, ſi quid iudico, melius eo careret. Liberrimo ſcribendi genere Graecorum elegia gaudet; ornatu nitet delicato quidem, ſed paulo negligentiori, et fere diffluente. Odio habet ſententias binis verſiculis impariter iunctis includere, aut in ſoni et numerorum aequabilitatis gratiam praecidere; ſed liberiori ſpiritu fertur, per ampliores circuitus ſententias deducit, nec vllo verſus vinculo animi motus coar-

coarctat atque reſtringit. Nihil enim intolerabilius viſum Graecis, quam animum perturbatum et curis agitatum, vbi ſenſa ſua exprimit, cogere, vt ea ſyllabarum deſinito numero comprehendat, eodem ſemper loco inchoet, eodem ſemper abſoluat, et vltimam periodi vocem duo tempora excedere vetet. Hinc talis conciliatur elegiae Graecae honos et gratia, quae a peritis et ſenſu pulchri ſubactis ſentiri magis, quam doceri poteſt; ab imperitis, aut Naſonis affectata rotunditate faſcinatis, quid ſit, intelligi non poteſt. Solutum hoc elegiae genus, eiusque inaffectatam elegantiam Catullus ſtudioſius reliquis imitatus eſt, interdum etiam, in primi praeſertim libri aliquot carminibus, Propertius, qui tamen in reliquis totus fere Romanus eſt. Tibullus, inimicus quidem Graecorum libertati, at ſimplicitatis eorum et natiuae elegantiae, ſi quis alius, feliciſſimus ſectator et ſidelis amicus, accommodat ſe ille numerorum aequabilitati, ſed ea fuit ingenii facilitate et moderatione animi, vt ſenſa eius, quoquo modo commoti, ampliora ſpatia et remotiores terminos non videantur deſideraſſe, aut in metri vinculis ſua ſimul inueniſſe. Naſoniani ingenii luſus, qui terſiſſimi Tibulli rotunditatem affectant, atque arte adeo ſuperant, non tam multos ſui nactos eſſe admiratores, certe non eos, qui Graeco genio, qualis in Tibullo et Propertio regnat, aſſueti ſunt, nemo miretur, quum parens eorum, frenos pro lubitu laxans, cum externa Graecae elegiae forma ſpiritum ſimul Graecorum et ſenſorum natiuam dulcedinem proſcripſerit, et plus ſibi artique ſuae tribuen-

tribuendum putauerit, quam naturae eiusque alumnis. Iam quum ex imitatione Graecae elegiae, qualis in Triumuirorum illorum reliquiis cernitur, tantum capiamus voluptatis, nonne archetyporum ſubnaſcatur deſiderium? Num erit, qui operae pretium facturum neget, qui pauciſſimas reliquias, quae ſi non omnino, certe aliquo modo docere poſſunt, quale, et quam felix in hoc carminis genere fuerit Graecorum ingenium, vel in lucem protraxerit, vel emaculare et priſtino nitori reſtituere in ſe receperit? Non igitur vereor, ne quam temeritatis notam ſubeam, quod Hermeſianactis, elegiographi tempore Alexandri M. florentis, fragmentum ab Athenaeo lib. XIII. p. 597 ſeruatum, quod iam Ruhnkenius ante aliquot annos in Epiſt. Crit. p. 283. ſeqq. edidit, magna ex parte emaculauit et notis illuſtrauit, denuo aggreſſus ſum, et, qui naeui egregium illud monumentum adhuc deturpabant, eos conatus abſtergere. Vix enim puto, ex omni antiquitate elegantius quidquam, et quod omnibus numeris magis abſolutum ſit, ad nos perueniſſe. Non quidem ita Hermeſianactem meum amo, vt non videam, idem ei vitio dari poſſe, quod perpetuo eius imitatori, Propertio, nimiam oſtentationem doctrinae; at meminerimus oportet, res, quas tractat, Leontio, ad quam elegos ſuos miſit, et quae, vt paulo poſt docebimus, docta videtur fuiſſe femina, non latuiſſe, ſed, quod poeta verbis οἶσθα et γιγνώσκεις innuit, notiſſimas fuiſſe. Sed antequam fragmentum apponam, neceſſe eſt, vt de ipſo Hermeſianacte, quantum mihi cognitum eſt,

prae-

praemittam. Nihil tamen afferre potero, quod non a Ruhnkenio, viro in hoc genere acutissimo, et diligentissimo, iam ante occupatum sit; ita vt repetere magis, quae Summus ille vir collegit, videri debeam, quam ipse noui aliquid dicere.

Hermesianax natus est Colophone, vrbe celebri et bonis poetis et liberalissimis studiis tam affluente, vt Nicander, indidem oriundus, librum scripserit *περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν*, in quo Homeri, Xenophanis, Polymnesti, Mimnermi, Antimachi, Phoenicis, et Hermesianactis celebrabantur laudes. Vide Scholiasten Nicandri ad Theriac. 3. et Anonymum scriptorem Vitae Homeri p. 283. *Colophonium* eum appellat Athenaeus l. c. p. 597. Non autem confundendus est noster cum alio Hermesianacte Colophonio, athleta, de quo Pausanias VII, 17. p. 493. *Κολοφώνιοι δὲ Ἑρμησιάναξ Ἀγονέου, καὶ Εἰκάσιος Λυκίνου τε ὢν καὶ τῆς Ἑρμησιάνακτος θυγατρὸς, κατεπάλαισαν μὲν παῖδας ἀμφότεροι· Ἑρμησιάνακτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τοῦ Κολοφωνίων ὑπῆρξεν ἀνατεθῆναι τὴν εἰκόνα.* Errat igitur Baylius, quum scribit (Diction. art. *Hermesianax*): *fut honoré d'une statue dans sa patrie.* In errorem deduxit eum Vossius de Histor. Graec. III. p. 170. In Philippi et Alexandri M. tempus Hermesianactis aetatem incidere, intelligitur e Pausania Attic. 9. p. 23. vbi narrat de Lysimacho: *συνῴκισε δὲ καὶ Ἐφεσίων ἄχρι θαλάσσης τὴν νῦν πόλιν, ἐπαγόμενος ἐς αὐτὴν Λεβαδίους τε οἰκήτορας καὶ Κολοφωνίους, τὰς δὲ ἐκείνων ἀνελὼν πόλεις· ὡς Φοίνικα ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον, θρηνῆσαι*



νῆσαι τὴν ἅλωσιν. Ἑρμησιάναξ δὲ, ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας, οὐκ ἔτι (ἐμοὶ δοκεῖν) περιῆν· πάντα γάρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἁλούσῃ Κολοφῶνι ὠδύρατο. Has vrbes a Lyſimacho euerſas eſſe Olymp. CXIX, 3. e Diodoro Siculo XX. p. 483. conſtat. Confirmat etiam Scholiaſtes Nicandri, qui ſic narrat: ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν. Philetae autem aetatem in ea tempora incidere, plane cognoſcitur e Suida, qui ſcribit: Φιλητᾶς, Κῶος, υἱὸς Τηλέφου, ὢν ἐπί τε Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου. Quum igitur Alexandri tempore vixerit, et Philetae diſcipulus fuerit (γνώριμος), admodum veri ſimile eſt, amicum et condiſcipulum eum habuiſſe Theocritum; de quo vetus Grammaticus in vita eius: Ἀκουστὴς δὲ γέγονε Φιλητᾶ, καὶ Ἀσκληπιάδου, ὧν μνημονεύει· ἤκμασε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ ἐπικληθέντος Λαγωοῦ.

Inter carmina eius, quorum aliquam habemus notitiam, primo loco memorandi ſunt tres libri elegiarum, quos de amicae nomine Λεόντιον inſcripſit. Athenaeus XIII p. 597. παρέλιπον δὲ καὶ — τὴν Ἑρμησιάνακτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον· ἀπὸ γὰρ ταύτης ἐρωμένης αὐτῷ γινομένης ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία. Scholiaſtes Nicandri; τούτου δὲ τὰ λεγόμενα εἰς τὴν ἐρωμένην. Parthenius bis eum laudat, Erotic. Cap. V. et XXII. ac poſteriori quidem loco in vniuerſum nomine tantum indicato, ſed priori, addito Λέοντι; vbi corrigendum eſſe Λεοντίῳ, vt elegiarum libri ſignificentur, iam vidit Voſſius de Hiſtor. Graec. III. p. 176. et Baylius in Dict. art. *Leontium.* Not. A. et Ruhnkenius. Antoninus Liberalis Cap. XXXIX.

rus, qui amabat Leontium, natus eſt Olymp. CIX, 3. ſecundum Apollodorum ap. Diog. Laert. X, 10. ſ. 14. mortuus autem Olymp. CXXVII, 2. quum annum iniiſſet ſeptuageſimum ſecundum; vnde Ciceroni dicitur ſeptuaginta duos annos exegiſſe; vid. Cic. de Fato c. 9. Ex Pauſaniae (l. ſupra iam allat.) ſuſpicione, Hermeſianax, quum Colophon a Lyſimacho euerteretur, non amplius in viuis fuit, h. e. Olymp. CXIX, 3.; quo tempore Epicurum quadrageſimum egiſſe annum, ex praecedentibus euincitur. Iam facile poteſt fieri, vt Leontium, antequam Epicurum amaret, et philoſophiae eius ſe traderet, Hermeſianactem amatorem haberet, qui iuuentutis et virginitatis flores decerperet; vt igitur ne per temporum quidem rationem prohibeamur aſſumere, Leontium Epicuream poetae noſtri amicam fuiſſe. Quare non poſſum non ad Menagii accedere ſententiam, vnum idemque Epicurum et Hermeſianactem ſcortum amaſſe; praeſertim quum inde explicari poſſit, cur tantas vbique doctrinae copias poeta expromat: poterat enim docte ſcribere, quia docta legebat amaſia. Nunc ad reliqua Hermeſianactis ſcripta. Pauſanias VII, 18. p. 567. commemorat *ἐλεγεῖον ἐς Εὐρυτίωνα Κένταυρον ὑπὸ Ἑρμησιάνακτος πεποιημένον*, ex quo carmine probat, *ὅτι μὲν ἦν πόλισμα μικρὸν ἐξ ἀρχῆς ἡ Ὤλενος.* Argumentum carminis haud dubie fuit, quod narrat Apollodorus II, 5, 5. p. 124. *Ἡρακλῆς δὲ εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξαμενὸν ἧκε, κἀκεῖ κατῴκει, καὶ κατέλαβε τοῦτον μέλλοντα δι' ἀνάγκην μνηστεύειν Εὐρυτίωνι Κενταύρῳ Μνησιμάχην τὴν θυγατέρα· ὑφ' οὗ παρακληθεὶς βοηθεῖν, ἐλθόντα ἐπὶ τὴν νύμφην Εὐρυτίωνα*

τίωνα ἀπέκτεινεν. In libris pro πρὸς Δεξαμενὸν legitur vitiose προσδεξάμενον; sed correxit in ed. pr. Aegius. Idem vitium olim in Diod. IV, 33. Hoc vitio inquinatus erat codex, quo vtebatur *Anonymus de XII. certaminibus Herculis*, ab Allatio (in Excerpt. Var. Rom. 1641. 8.) editus, qui ita scribit cap. 5. πρὸς Ὤλενον δ' Ἡρακλῆς προσδεξάμενον ἵκετο, καὶ Μνησιμάχην τὴν Ὠλένου ῥυσάμενος Εὐρυτίωνος, ἧκεν εἰς Εὐρυσθέα. Quod miror Ruhnkenium, qui hunc locum affert, non animaduertisse, sed auctoritate eius permotum Mnesimachen pro Oleni filia habere. Si quis tamen Anonymum corrigere, et scribere vellet: ἐς Ὤλενον δ' Ἡρακλῆς πρὸς Δεξαμενὸν ἵκετο, καὶ Μνησιμάχην ῥυσάμενος Εὐρυτίωνος, ἧκεν εἰς Εὐρυσθέα, vt Heynio videtur placere ad Apollod. p. 364. is ipsum scriptorem corrigeret, non librarios: nam vitium ab ipso scriptore commissum est, et fluxit ex vitiosa scriptura Apollodori. Eandem fabulam tractauit alicubi Bacchylides, vt ex Scholiaste Hom. Odyss. φ, 294. cognoscimus: Βακχυλίδης δὲ διάφορον οἴεται τὸν Εὐρυτίωνα. Φησὶν γὰρ ἐπιξενωθέντα δεξάμενος (lege: Δεξαμενῷ) ἐν Ἤλιδι (sic) ὑβριστικῶς ἐπιχειρῆσαι τῇ τοῦ ξενοδοχοῦντος θυγατρί, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ Ἡρακλέους ἀναιρεθῆναι καιρίως τοῖς οἴκοις ἐπιστάντος. *Dexameni* nomen notum est ex Callimacho Hymn. in Del. 102.

Βοῦρά τε Δεξαμενοῖο βοόστασις Οἰνιάδαο.

vbi Scholia: Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας· ᾤκησε (leg. ᾤκισε) δὲ αὐτὴν Δεξαμενὸς ὁ Κένταυρος· ἐκεῖ δὲ αὐτοῦ τὰ βοοστάσια ἐφυλάττετο, διὸ καὶ Βοῦρα ὠνομάσθη. Pro Οἰνιάδαο, quod [illegible]

Callimachi libri, MS. Vatic. Οἰκιάδεο. Ambrof. et Voff. Edd. Flor. Ald. Οἰκιάδαο; ita etiam Vitembergenfis. Haec fcriptura confirmatur gloffa Hefychii: Οἰκιάδης· Σιμωνίδης καὶ Ἱππόνου πατήρ; quem locum Seuinus in Comment. Acad. Infcr. T. III. n. 39. fic corrigit: Οἰκιάδης. Σιμωνίδης Δεξαμενοῦ καὶ Ἱππόνου πατήρ. Erneftius: Οἰκιάδης.' Σιμωνίδης. Οἰκεὺς Δεξαμενοῦ καὶ Ἱππόνου πατήρ. Quod Th. Bentleius opponit, fyllabam νι in Οἰνιάδαο longam effe, eaque de caufa legi debere Οἰνίδαο vel Οἰνείδαο, id quidem remoueri poteft, fi legitur Οἰνείδαο. Apud Pindarum habemus Pyth. IV, 271. Κρηθεΐδας; Pyth. VI, 22. Πηλεΐδα. Ego tamen malim legi apud Callimachum: Οἰκεΐδαο. Apud Paufaniam V, 3. p. 380. *Dexamenus* rex Oleni commemoratur, cuius filias filii Actoris in matrimonium duxerint; et lib. VII, 19. p. 573. datur eidem *Dexameno* Oleni regi filius, *Eurypylus*. Regnauit vero eadem in vrbe *Hipponous*, cuius filiam vel occidendam, vel in matrimonium ducendam accepit *Oeneus;* vid. Apollod. I, 8, 4. 5. p. 57. Hinc haud fcio, an ap. Hefychium legendum fit: Οἰκιάδης. Σιμωνίδης. καὶ Ἱππονόου πατήρ. Vt Dexamenus Oecei filius, pater Hipponoi fit. Hic Dexamenus eft fecundum Hygin. Fab. XXXI. et XXXIII. et Lactantium ad Statii Thebaid. V, 263. pater Deianirae et fecundum Diodorum IV, 33. pater Hippolytes. Sed Deianira eft ap. Apollodor. I, 8, 1. *Oenei* filia. Tanta eft rerum ac nominum confufio. Non tamen praetereundum, a *Bura*, quam Dexameni commemorat Callimachus fedem, fuiffe nomen Herculi Βουραϊκῷ; de quo Paufanias videndus lib. VII, 25. p. 590. Hoc



Hoc, quod Buram nominat Callimachus, conciliari poteſt cum illa traditione, qua *Olenus* Dexameni ſedes perhibetur: nam βοῦρα eſt ἀπὸ τοῦ τοὺς βοῦς ὠρεῖν; et ſic dicta eſt vrbs, quia ibi regia conſeruabantur armenta. Nec procul ab Oleno ſita fuit, vt docet Spanhemius ad Callim. l. c. vſ. 101. Ridiculum eſt, quod Scholiaſtes Callimachi Dexamenum in Centaurum mutat; quum Furytion, qui filia Dexameni vim inferebat, Centaurus eſſet. Plura miſcet etiam Burmannus in Catalogo Argonautarum voc. *Eurytion*. Bene tamen monet, *Eurytus* et *Eurytion* ſaepius confundi; ad hanc confuſionem referri poteſt, quod vnus filiorum Actoris, qui ſecundum Pauſaniam (V, 3. p. 380.) Dexameni filias duxerunt, vocatur *Eurytus*. Ex hoc *Euryto* potuit facile fieri *Eurytion* Centaurus; praeſertim quum hic ex Perithoi nuptiis, vbi ſponſam eripiebat (vid. Pauſan. V, 8. p. 400.), ſatis famoſus ſit; ſed ſecundum Homerum non ab Hercule, ſed a Lapithis mercedem dignam retulit; vid. Odyſſ. φ, 295. ſeqq. *Eurytionem*, bubulcum Geryonis, occidit Hercules, Heſiod. Theog. 293.

> Ὄρθον τε κτείνας, καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα
> σταθμῷ ἐν ἠερόεντι.

cf. Apollod. II, 5, 10. p. 133. Quid? quod apud Apollodor. III, 13, 1. et I, 8, 2. *Eurytion* occurrit, filius Actoris Myrmidonis filii, qui diuerſus eſt ab Actore, fratre Augeae, patre Cteati et *Euryti*, qui duxerant Dexameni filias; de quo Apollod. II, 7, 2. Ergo ex Euryto Actoris, qui filius Solis, vel Neptuni, vel Phorbantis

bantis erat (v. Heyn. ad Apollod. p. 360. seq.), factus est Eurytion, filius Actoris, qui filius erat Myrmidonis, Thessali; ex hoc Eurytione factus Eurytion bubulcus Geryonis ab Hercule occisus; et hic ab Hercule occisus Eurytion confusus est cum Eurytione Centauro ab Hercule fugato, qui se Pholoen receperat (Apollod. II, 5, 4. p. 121.); hic ab Hercule fugatus et occisus Eurytion coaluit cum eo, qui Perithoo sponsam eripiebat, et hic cum Eurytione, Actoris filio, Mnesimachen ducente, Dexameni filiam: vnde Eurytionem habemus Centaurum, Dexameno, a quo hospitio exceptus erat, filiam eripientem, et ab Hercule, peste illa Centaurorum, quem in auxilium Dexamenus vocarat, interemtum. Hic Eurytion argumentum elegiae Hermesianactis fuerit, necesse est. Denique scripsit Hermesianax *Persica*. Schol. Nicandri: τούτῳ δὲ τὰ Περσικὰ γέγραπται. Ex his hausta fortasse est narratio de Nanide apud Partheniam XXII. Pro certo tamen nemo affirmarit. Menagius in Histor. Mulier. Philos. p. 498. commemorat etiam carmen, quod poeta de Colophone, patria vrbe cecinerit. Sed falli se passus est Menagius a Vossio, qui (de poet. Graecis p. 90.) ita scribit: *Hermesianax Colophonius, poeta elegiacus de patria Colophone egregium carmen condidit, vt ex Pausania cognoscere est.* Male intellexit Vossius locum Pausaniae iam supra allatum I, 9. p. 23. vbi dicit, se suspicari, eo tempore, quo eversa esset a Lysimacho Colophon, non fuisse superstitem Hermesianactem; alioquin futurum fuisse, vt ipse etiam Colophonis ruinas carmine defleret. Conf. Baylium Dict. art. *Leontium*, not. A.

Haec



Haec *Leontii* particula, quam emendatam et animaduersionibus illustratam exhibemus, Athenaeo teste, ex tertio libro sumta est: ὃς (Ἑρμησιάναξ), ait, ἐν τῷ τρίτῳ κατάλογον ποιεῖται ἐρωτικῶν οὑτωσί πως λέγων. Nihil habuimus subsidii, nisi quod Ruhnkenius, qui iam multis locis lucem attulit, in notis eruditissimis e Codice Mediceo, et Veneto, quorum variantes, et prioris quidem ab Abrah. Gronouio, posterioris autem a I. P. Blessingio acceperat, suppeditauit. *Westonii* libro, qui inscriptus est: *Hermesianax*, siue coniecturae in Athenaeum, atque aliquot poetarum Graecorum loca, quae quum corriguntur et explicantur, tum carmine donantur, auct. *Steph. Westor*, S. T. B. Collegii Etonensis in Acad. Oxon. soc. et eccles. Mamhead in agro Deuoniensi rect. (Lond. 1784. 8. maj.) vti mihi non licuit: vt tamen moderatius doleam, Harlesius facit, in Bibl. Graec. Fabric. Vol. II. p. 874. ita scribens: *Neque tamen omnes Westoni coniecturae, in quibus loca poetarum luxata curare studuit, plausum tulere eruditorum.*

Ερμη-

ἙΡΜΗΣΙΑΝΑΚΤΟΣ
ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ ΕΡΩΤΙΚΩΝ
ΛΕΟΝΤΙΟΥ Γ. ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ.

Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο
Ἀγριόπην, Θρῆσσαν στειλάμενος κιθάρῃ,
ἄδεθεν, ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον,
ἔνθα Χάρων κοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
ψυχὰς οἰχομένων· λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ,
ῥεῦμα δι' ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.
Ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα μονόζωστος κιθαρίζων
Ὀρφεύς, ἀνταίους δ' ἐξανέπεισε θεούς,
Κωκυτόν τ' ἀνέθιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα·
ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνός,
ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθοωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα
σκληρόν, τριστοίχοις δεῖμα φέρον κεφαλαῖς.
ἔνθεν ἀοιδιάων μεγάλους ἀνέπεισεν ἄνακτας,
Ἀγριόπην μαλακοῦ πνεῦμα λαβεῖν βιότου.
Οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς Μήνης ἀγέραστον ἔθηκεν
Μουσαῖος, Χαρίτων ἤρανος, Ἀντιόπην,
ἥτε Πολυμνήστησιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
εὐασμὸν κρυφίων ἐξεφόρει λογίων,
Ῥάριον ὀργίων ἀν' ἐπώδια ποιπνύουσα
Δήμητρα· γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ ἐν ἀΐδῃ.
φημὶ δὲ καὶ πατρῷον ἀποπρολιπόντα μέλαθρον
Ἡσίοδον, πάσης ἤρανον ἱστορίης,
Ἀσκραίην ἐσίκεσθαι ἑκόνθ', Ἑλικωνίδα κώμην·
ἔνθεν ὅγ', Ἠοίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν,
πολλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους,
ὕμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀπαρχόμενος.
Αὐτὸς δ' οὗτος ἀοιδὸς, ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει,
ἥδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων,
λεπτὴν γ' εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο, θεῖος Ὅμηρος,



ᾠδῆσιν, πινυτῆς εἵνεκα Πηνελόπης·
ἣν διὰ πολλὰ παθὼν, ὀλίγην ἐσενάσσατο νῆσον,
πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος.
ἔκλαιεν δ' Ἰκάρου τε γένος, καὶ δῆμον Ἀμύκλου,
καὶ Σπάρτην, ἰδίων ἁπτόμενος παθέων.
Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο, πολλὸν ἀνατλὰς,
ἦχον, καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,
καίετο μὲν Ναννοῦς· πολλῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μώλῳ
κνημωθεὶς κώμους στεῖχε συνεξανύειν.
ἤχθεε δ' Ἑρμόβιον τὸν ἀεὶ βαρὺν, ἠδὲ Φερέκλην
ἐχθρὸν μισήσας, τοιάδ' ἔπεμψεν ἔπη.
Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηίδος ἐκ μὲν ἔρωτος
πληγεὶς, Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ.
λάρνακι δ' εὖτε θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
κλαίων αἰάζοντ', ἦλθεν ἀποπρολιπὼν
ἄκραν ἐς Κολοφῶνα· γόων δ' ἀνεπλήσατο βίβλους
ἱρὰς, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.
Λέσβιος Ἀλκαῖος δὲ πόσους ἀνεδείξατο κώμους,
Σαπφοῦς φορμίζων ἱμερόεντα πόθον,
γιγνώσκεις· ὁ δ' ἀοιδὸς ἀηδόνος ἠράσαθ', ὕμνων
Τήϊον ἀλγύνων ἄνδρα πολυφραδίῃ.
καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφωμίλησ' Ἀνακρείων
στελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσι.
φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν προλιπὼν Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν
οἰνηρὴν δουρὶ κεκλιμένην πατρίδα,
Λέσβον ἐς εὔοινον· τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον
πολλάκις Αἰολικοῦ κύματος ἀντιπέρας.
Ἀτθὶς δ' οἷα μέλισσα πολυπρήωνα κολώνην
λείπουσ', ἐν τραγικαῖς ἤδε χοροστασίαις
Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ'· ἤγειρε Θεωρίδος εἶδος,
ἣν ᾠδῆς τεχνὴν Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.
Φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα,
καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ στονύχων

πάσας

πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, ὑπὸ σκολίοιο τυπέντα
τόξου, νυκτερινὰς οὐκ ἀπεθέσθ' ὀδύνας.
ἀλλὰ Μακηδονίης πάσας κατενίσσατο λαύρας,
Αἰγείνω μέθεπεν δ' Ἀρχέλεω ταμίην,
εἰσόκε τοι δαίμων Εὐριπίδη εὗρεν ὄλεθρον
ἀμφὶ βίου στυγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν.
Ἄνδρα δὲ, τὸν Κυθέρηθεν ἀνεθρέψαντο τιθῆναι
Βάκχου καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην
Μοῦσαι παιδευθέντα, Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς
ὀρτυγίῃ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως,
γιγνώσκεις, ἀίουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης
αὐτοῖς μηλείοις θήκαθ' ὕπο προγόνοις.
Οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται
Κῷοι χάλκειον θῆκαν, ὑπὸ πλατάνῳ
Βιττίδα μολπάζοντα θοὴν, περὶ πάντα, Φιλητᾶν,
ῥήματα, καὶ πᾶσαν μυρόμενον λαλιήν.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' ὁπόσοι σκληρὸν βίον ἐστήσαντο
ἀνθρώπων, σκολιὴν μαιόμενοι σοφίην,
οὓς αὐτὴ περὶ πικρὰ λόγοις ἐσφίγξατο μῆτις
καὶ δεινὴ μύθων κῦδος ἔχουσ' ἀρετὴ,
οὐδ' οἱ δεινὸν ἔρωτος ἀπεστρέψαντο κυδοιμὸν
φαινόμενον, δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον.
Οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς
Πυθαγόρην, ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης
εὑράμενον, καὶ κύκλον ὅσον περιβάλλεται αἰθὴρ,
βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀπομασσόμενον!
Οἵῳ δ' ἔχλιηνεν, ὃν ἔχρην ἔξοχον εἶναι
πολλῶν ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ,
Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει! ἐκ δὲ βαθείης
ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεσόβησ' ἀνίας,
οἴκαδ' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος· οὐδέ τι τέκμαρ
εὗρε, λόγῳ πολλὰς εὑράμενος διόδους.
Ἄνδρα Κυρηναῖον δ' εἴσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ
δεινὸς, ὅτ' Ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο,
ὀξὺς Ἀρίστιππος· πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας
φεύγων, οὐδαμινόν τ' ἐξεφόρησε βίον.

ANIMAD-

ANIMADVERSIONES.

Vſ. 1. Οἵην μὲν φίλος υἱός. „Perſpicuum eſt ex vſ. 73. et 75. haec a verbo γινώσκεις, vel οἶσθα, quod praeceſſerat, pendere. Poeta vero alloquitur amicam, Leontium, vt ex iis, quae paulo ante diximus, intelligitur.". *Ruhnk.* Eodem fere modo incipit Fragmentum Heſiodi ex Eoeis, quod dicitur vulgo Ἀσπὶς Ἡρακλέους:

ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν
ἤλυθεν ἐς Θήβας, μετ' ἀρήϊον Ἀμφιτρύωνα
Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.

Vſ. 2. Ἀγριόπην Θρῆσσα. In Athenaeo editur: Θρῆσσαν ϛειλάμενος κιθάρη. Sed iam Ruhnkenius docuit, reponendum eſſe Θρῆσσα, quum hoc perpetuum fere ſit lyrae Orphicae epitheton. Apollon. Rhod. IV, 905.

εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεὺς
Βιστονίην ἐνὶ χερσὶν ἑαῖς φόρμιγγα τανύσσας,
κραιπνὸν εὐτροχάλοιο μέλος κανάχησεν ἀοιδῆς.

Virgil. Aen. VI, 119.

Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara.

Propert. III, 1, 41.

Orpheu, te duxiſſe feras; et concita dicunt
flumina Threicia detinuiſſe lyra.

Quam

Quam Hermeſianax vocat Agriopen, eam reliqua antiquitas, quantum equidem ſcio, Eurydicen appellat. Res, quae hoc loco tangitur, vberius exponitur a Virgilio Georg IV, 454. ſeqq. et Ouidio Metam. X. ab initio. Fortaſſe tamen erit, cui ita verſus legendus videatur,

Ἀγριόπην, Θρῆσσαν σ]ειλάμενος κιθάρην,

h. e. *poſtquam inſtruxerat, vel intenderat Threiciam citharam.* Nam ſicut dicitur σ]έλλειν νῆας v. c. Odyſſ. ξ, 248. ita dici potuit σ]έλλειν κι]άρην: medium pro actiuo eſſet adhibitum, quod ſaepius factum eſt, vt hoc ipſo verbo Iliad. α, 433. ἱσ]ία μὲν σ]είλαντο. At enim id ferri nequit, quia de reditu ex Orco, non de aditu, poeta loquitur: nec per temporis rationem poteſt fieri, vt actio τοῦ σ]έλλεσθαι κιθάρην pro cauſa τοῦ ἀνάγειν Ἀγριόπην habeatur, quum non perfectum, ſed ἀόρισ]ον ſit. Στειλάμενος Θρήσσᾳ κιθάρᾳ eſt ſimpliciter: *Threicia inſtructus cithara.* Sic ipſe Orpheus, ſi diis placet, de ſe in Argonaut. 40.

ἄλλα δέ σοι κατέλεξ', ἅπερ εἴσιδον, ἠδ' ἐνόησα.
Ταίναρον ἡνίκ' ἔβην σκοτίην ὁδὸν, ἄϊδος εἴσω
ἡμετέρῃ πισυνος κιθάρῃ.

Vſ. 3. ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπει]έα χῶρον. In Athenaeo eſt: ἔπλευσε. Sed iam Ruhnkenius ex Mſto Veneto recepit: ἔπλευσεν. Hic χῶρος ἀπειθὴς καὶ κακὸς eſt Orcus. Horat. Od. II, 4. *Nil intereſt, an pauper et infima de gente fueris, victima nil miſerantis Orci.* Sic Pluto

Pluto etiam ab Anyte in Anal. Brunck. T. I. p. 200. vocatur δυσπειθής:

παίγνι' ὁ δυσπειθὴς ἄγετ' ἔχων αίδης.

Vſ. 4. ἔνθα Χάρων κοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον. „Vulgo editur: ἔνθα Χάρων ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον. Sed poetae manum, quam in textum reuocauimus, feliciter aſſecutus eſt Lennepius Animaduerſ. poſt Coluth. p. 162. Nec aliter legit perpetuus huius carminis imitator, Propertius III, 16, 23.

Exoranda canis tria ſunt latrantia colla;
ſcandenda eſt torui publica cymba ſenis.

Eodem modo λίμνη πάγκοινος Ἀΐδου dicitur apud Sophocl. Electr. 137. et Ἀίδης κοινὸς apud eundem Aiac. 1219. et in Epigrammate Analect. Brunck. T. III. p. 290. Haec ratio noſtra placet intelligentiſſimo talium rerum iudici, Valckenario Diatr. in Euripid. cap. 25. p. 281. At Cl. Toupius ad Theocrit, T. II. p. 399. veriorem ſcripturam putat: κοίλην ἕλκεται εἰς ἄκατον. Suo quisque fruatur ſenſu." *Ruhnk.* Fortaſſe magis ſe commendat κοίλην ἕλκεται εἰς ἄκατον, ſi κοίλη pro *capax* accipitur, vt ap. Senec. Trag. Herc. Fur p. 21. *cymba populorum capax ſuccubuit vni*, ſcil. Herculi. Theocrit. Idyll. XVI, 41.

ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν ςυγνοῦ Ἀχέροντος.

Ceterum notanda eſt elegantia verbi ἕλκεται. Videre nobis videmur, quam ſedulus ſit in obeundo

obeundo munere ille barbatus ſenex; ſi quae vmbrarum aduentantium tenebras expauerint, et cunctabundae conſtiterint, hic eas attrahit, et, vt cymbam conſcendant, impellit.

Vſ. 5. *Λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεῖ ῥεῦμα δι' ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων*, h. e. *alte murmurat lacus infernalis longa ex arundine vndas trahens.* Haec lectio Athenaei vulgaris eſt, quam veriſſimam eſſe exiſtimo. Egregie adumbrauit poeta Stygis curſum tardum et languidum, et longis denſisque arundinibus impeditum. Virgil. Georg. IV, 478.

Quos circum limus niger et deformis arundo
Cocyti, tardaque palus inamabilis vnda
Alligat.

Horat. Od. II, 13. *Viſendus ater flumine languido Cocytus errans.* Arundineta Stygis etiam Propertius commemorat II, 20, 71.

Iam licet et Stygia ſedeat ſub arundine remex.

Lennepius, vitioſam putans vulgatam lectionem, ſcribit (Animadu. poſt Coluth. p. 163.):

λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεῖ
ῥεύματι ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.

quia ῥεῦμα abſolute poſitum vix admitti poſſet. Sed non intelligo, quomodo ῥεῦμα abſolute poſitum dici poſſit; quum ῥύεσθαι centies apud Homerum et alios cum quarto caſu ſenſu actiuo legatur. Si ῥυομένη paſſiue ſumitur, vis, quae in actione eſt, plane tollitur; perit etiam particula δι', per tmeſin a ῥυομένη diuulſa, cuius vſus

vſus eſt maximus; auget nimirum laborem tarde procedentis fluuii. Ruhnkenius legi iubet:

λίμνης δ' ἐπὶ μακρὸν ἄϋτεῖ
χεῦμα δι' ἐκ μεγάλων ῥυομένης δονάκων.

Anyte Anthol. III. 32. p. 416. Χλωρὸν ὑπὲρ ποταμοῦ χεῦμ' Ἀχέροντος ἔβα. Ouidius Ibid. 77.

Quique per infernas horrendo murmure valles
Imperiuratae laberis amnis aquae.

Vſ. 7. Μονόζωστος κιθαρίζων. „Sic correximus vulgatum μονόζωστον κιθαρίζων. Heſychius: οἰόζωνον, μονοστολον. quae gloſſa pertinet ad Sophoclem Oed. Tyr. 856. εἰ δ' ἄνδρ' ἕν' οἰόζωνον αὐδήσει; vbi ſcholia explicant μονόζωνον, μόνον." *Ruhnk.*

Vſ. 8. Ἀνταίους δ' ἐξανέπεισε θεούς. Vulgo: παντοίους δ' ἐξανέπεισε θεοὺς. Haec lectio ſenſum praebet non prorſus ineptum. θεοὶ παντοῖοι ſunt dii varii generis, et variae formae, qui opponuntur Orpheo μονοζώστῳ. Orpheus ſolus deos varii generis ac formae placare ſtudebat. Odyſſ. ρ, 485.

καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας,
ἀνθρώπων ὕβριντε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Dii qui ſint varii generis ac formae, intellectu facile eſt; Pluto, Proſerpina, Charon, Furiae, Parcae, alii. Virgil. Aen. VI, 273. ſeqq.

Veſti-

Veſtibulum ante ipſum primisque in fauc bus Orci,
Luctus et vltrices poſuere cubilia Curae;
pallentesque habitant Morbi, triſtisque Senectu
et Metus, et maleſuada Fames, ac turpis Egeſta
terribiles viſu formae; Letumque, Labosque,
tum conſanguineus Leti Sopor, et mala ment
Gaudia; mortiferumque aduerſo in limin Bellum,
ferreique Eumenidum thalami et Discordi demens,
vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annoſaque brachia pandit
vlmus opaca, ingens; quam ſedem Somnia vulg
vana tenere ferunt, foliisque ſub omnibus hae rent.
Multaque praeterea variarum monſtra ferarum
Centauri in foribus ſtabulant, Scyllaeque bi formes,
et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernae
horrendum ſtridens, flammisque armata Chi maera,
Gorgones, Harpyiaeque, et forma tricorpori vmbrae.

De Orpheo igitur valebat, quod Virgilius dici de Hercule, Aeneid. VIII, 296.

Te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci
oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento;
nec te vllae facies, non terruit ipſe Typhoeu
arduus, arma tenens; non te rationis egentem
Lernaeus turba capitum circumſtetit anguis.

Si

Sic olim defendi posse putabam vulgatam lectionem, quam Valckenarius et Ruhnkenius vitiosam habuerant. Ruhnkenio placuerat olim πομπαίους θεοὺς, scil. Mercurium et Charontem, ex Sophocl. Aiac. 844. Valckenarius ἀνταίους θεοὺς coniecerat; cui nunc Ruhnkenius adstipulatur. Grammatici ἀνταῖον explicant ἐχθρὸν, χαλεπόν. Ergo ex Ruhnkenii et Valckenarii sententia esset sensus verborum, ἀνταίους δ' ἐξανέπεισε θεοὺς *et deos placauit sibi aduersantes.* Mihi aliquando in mentem venit legere: πανδείνους, quae essent *nescia humanis precibus mansuescere corda*, Virgil. Georg. IV, 470. Posset etiam legi: παντίμους, quod idem esset, quod μέγαλοι θεοὶ vs. 13. Verum desideratur ad sensus perfectionem aliquid, siue vulgata defendatur lectio, siue correctio adhibeatur, scilicet *facilitas* deorum in exaudiendis precibus, quam de Cocyto sequens versus, si recte intelligitur, diserte praedicat. Accedo igitur ad Valckenarii emendationem ἀνταίους; sed longe aliter eam interpretor. Hesychius habet: Ἀνταία, ἐναντία, ἱκέσιος. Αἴσχυλος Σεμέλῃ. σημαίνει δὲ καὶ δαίμονα· καὶ τὴν Ἑκάτην (δὲ) ἀνταίαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ἐπιπέμπειν αὐτὰ (fort. ἀντία, vel ex praeced. ἀνταῖαν illud eliciendum interpretatione). Ἀνταῖος igitur est, facilis ad preces, qui preces exaudit supplicum. Ouid. Heroid. XVI, 280:

Sic habeas faciles in tua vota deos.

Ita adhibet Apollonius de Matre deorum, Argon. I, 1152. seq. quem locum liceat hic apponere:

Πολλὰ

> Πολλὰ δὲ τήνγε λιτῇσιν ἀποσ]ρέψαι ἐριωλὰς
> Αἰσονίδης γουνάζετ' ἐπιλείβων ἱεροῖσιν
> αἰθομένοις. ἄμυδις δὲ νέοι Ὀρφῆος ἀνωγῇ
> σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον ὠρχήσαντο,
> καὶ σάκεα ξιφέεσσιν ἐπέκ]υπον, ὥς κεν ἰωὴ
> δύσφημος πλάζοιτο δι' ἠέρος, ἣν ἔτι λαοὶ
> κηδείῃ βασιλῆος ἀνέσ]ενον. ἔνθεν ἐσαιεὶ
> ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.
> ἡ δέ που εὐαγέεσσιν ἐπὶ φρένα θῆκε θυηλ
> ἀνταίῃ δαίμων. τὰ δ' ἐοικότα σήματ' ἔγει
> δένδρεα μὲν καρπὸν χέον ἄσπετον, ἀμφὶ δὲ ποι
> αὐτομάτη φύε γαῖα τερείνης ἄνθεα ποίης.

Eadem de re adhibentur etiam alia huius miliae verba. *ἄντομαι* eſt *ſupplicari*, vt Eu Med. 709. *ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος*. H pertinent gloſſae Heſychianae. Ἀντῆον, δα ἱκέσιον. ἀντήδην, ἱκετευτικῶς. ἀντήσεσι, λιτανεύ ἀντήσεις, ἱκεσίαι, λιτανεῖαι, ἱκετεῖαι. ἀντιάσας ἵλεως γενόμενος. Sic *ἀντιᾶν* pro preces exaud a Mariano vſurpatum Anal. Brunck. T. II. 512. *λιτῆς δ' ἀντίασον ξενίης*. Nec Latini loqui reſugerunt. Cicero pro R. Deiotaro *Non debeo, C. Caeſar, quod fieri ſolet tantis periculis, tentare, quonam modo cendo miſericordiam tuam commouere p ſim: nihil opus eſt.* Occurrere *ipſa ſo* ſupplicibus *et calamitoſis, nullius oratio euocata.* Senſus noſtri loci eſt: *et faciles vota placauit deos.* Ouid. Met. X, 45.

> *Tum primum lacrimis victarum carmine fama*
> *Eumenidum maduiſſe genas; nec regia coni*
> *Suſtinet oranti, nec qui regit ima, negare.*

VI.

Vſ. 9. Κωκυτόν τ' ἀνέθιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα. Haec verba cum praecedentibus cohaerent, et vulgo ita leguntur: κωκυτόν τ' ἀθέμιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα. Quae ſic olim explicabam. Cocytus, qui, vt nomen κωκυτὸς *eiulatus*) iam docet, eiulatus tantum ſolet ciere, ita demulcetur Orphei cantu, vt contra morem ac conſuetudinem ſuauiter rideat. Hunc eiulatum, qui audiri circa Cocytum ſolet, eleganter depingit Virgilius Aen. VI, 426. ſeqq.

Continuo auditae voces, vagitus et ingens,
infantumque animae flentes, in limine primo.

Is eiulatus in riſum vertitur; hoc ἀθέμιστον eſt, i. e. *contra morem ſolemnem.* Nam ſicut centies dicitur ἣ θέμις ἐστὶ, *vt mos eſt* (v. c. Iliad. ι, 134. 276. τ, 177.), ita ἀθέμιστον eſſe poteſt, *quod contra morem eſt, quod cum more et conſuetudine non conuenit.* Sed nunc re melius perpenſa reddo poetae, quod certiſſime ſcripſit: ἀνέθιστον. Sicut ἐθιστὸν eſt, *quod conſuetudine acquiſitum eſt, et acquiri poteſt*, ita ἀνέθιστον eſt, *quod nulla conſuetudine acquiſitum eſt, prorſus inſuetum.* Ex ΑΝΕΘΙΣΤΟΝ facile poterat fieri ΑΜΕΘΙΣΤΟΝ, et ex hoc per correctionem, quae vocem ad Cocytum accommodabat, ΑΘΕΜΙΣΤΟΝ. Senſus idem manet. Iam quaeſtio oritur, quomodo dici poſſit Cocytus ἐπ' ὀφρύσι μειδῆσαι. Hoc fit per dilogiam. Nam ὀφρῦς non ſolum de hominis dicitur ſuperciliis, ſed etiam collium, tumulorum, litorum eminentia; ſic Iliad. υ, 151. ἐκάθιζον ἐπὶ ὀφρύσι καλλικολώνης; Pindar. Olymp. XIII, 150. ἐπὶ ὀφρύϊ Παρνασσίᾳ;

 Apollon.

Apollon. Rhod. Argon. I, 178. ἐπ᾽ ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο. Risus non tantum animatis, sed etiam inanimatis a poetis tribuitur, vt Hymn. Homer. in Cerer. 14.

> *Γαῖά τε πᾶσ᾽ ἐγέλασσε καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης.*

Virgil. Cir. 103.

> *Purpureis late* ridentia litora *conchis.*

Quod igitur prosa oratione dicendum fuisset: *Cocytus adeo conticuit, neque murmure suo lugubri molestus fuit;* id poeta, qui vita et mente omnia instruit, ita elocutus est, *Cocytus adeo, quod ipsi insuetum prorsus est, placidis ei arrisit superciliis*; quod sensum attinet, non multum differat illud apud Virgil. Georg. IV, 481.

> *Quin ipsae stupuere domus atque intima Leti*
> *Tartara, caeruleosque inplexae crinibus anguis*
> *Eumenides.*

Ruhnkenius distinxit vers. 9. a praecedentibus, et Κωκυτὸν ἀθέμιστον ἐπ᾽ ὀφρύσι μειδήσαντα retulit ad sequens ὑπέμεινε. Pro ἀθέμιστον, quod sensum non videtur aptum fundere, legendum censet: Κωκυτόν τ᾽ ἀπόθεστον ὑπ᾽ ὀφρύσι μειδήσαντα. Hesychius: ἀπόθεστος. οὐκ ἐπιζήτητος; vbi verbi vim praeclare explanauit Hemsterhusius. Idem est αἰνήθεστος, quod Hesychius explicat οὐκ εὐλιτάνευτος, et πανάθεστος, quod πάντα ἀπαραίτητος. Pro eo pessime scribitur

πανασ-

παναίθετος. Vulgatam lectionem ἐπ' ὀφρύσι in ὑπ' ὀφρύσι mutauit. Apollon. Rhod. III, 1023.

Ἱμερόεν φαιδρῇσιν ὑπ' ὀφρύσι μειδιόωντες.

Quod vulgatum ἐπ' ὀφρύσι mutauit in ὑπ' ὀφρύσι, ex eo natum videtur, quod (pace viri summi et in his rebus acutissimi dixerim) aliam dictioni ἐπ' ὀφρύσι vel ὑπ' ὀφρύσι μειδᾷν vim tribuit, quam vere habet. Praepositio ἐπὶ vel ὑπὸ non pertinet ad ὀφρύσι, sed ad verbum μειδᾷν, vt sit *arridere* vel *subridere;* quod plane intelligitur ex Pindar. IX, 65. vbi simpliciter legitur: τὸν δὲ κένταυρος ζαμενὴς, ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάσας ὀφρύϊ, μῆτιν εὰν εὐθὺς ἀπαμείβετο. Dictio ὀφρύσι γελᾷν vel ὀφρύσι μειδᾷν risum ex animo et vero gaudio profectum exprimit, non simulatum. Sic magnus ille hominum pictor Iliad. ο, 102. de Iunone ait:

ἡ δ' ἐγέλασσε
χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν
ἰάνθη. πᾶσιν δὲ νεμεσσηθεῖσα μετηύδα.

h. e. speciem tantum ridentis dabat ore et labiis; frons ad supercilia non explicata erat, vultus non renidebat. Labia semper in potestate sunt hominis, quae risu falso ac simulato potest diducere, non item frons, et supercilia; haec vera tantum hilaritate remittuntur. Quintil. Inst. XI, 3. *Vitium in superciliis, si aut immota sunt omnino aut nimium mobilia, aut inaequalitate (vt modo de persona comica dixeram) dissident, aut contra id, quod dicimus, finguntur. Ira enim con-*



tractis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur. Annuendi quoque et renuendi ratione demittuntur, aut alleuantur. Talis risus, sine vera hilaritate, sine remissione superciliorum, sola maxillarum et labiorum deductione, est risus σαρδάνιος, vel σαρδόνιος, a σαίρειν, quod de iratorum canum rictibus solitum adhiberi. Lucian. Philop. 26. T. IX. Bipont. οἱ δὲ σεσηρὸς ὑπομειδιῶντες. Theocrit. Idyll. XX, 12.

καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν,
χείλεσιν μυχθίζοισα, καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα.
καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρὸς
καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν.

Idem egregie risum caprarii depingit Idyll. VII, 19. seqq.

καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρὼς
ὄμματι μειδιόωντι, (γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς·)
Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις.

Sic Vlysses, quem procus, coniecto in eum pede bouis, vulnerare voluerat, ipse autem ictum inclinato corpore vitarat, σαρδόνιον ridet, h. e. σεσαρός τι, Odyss. υ, 300.

ὁ δ' ἀλεύατ' Ὀδυσσεὺς,
ἦκα παρακλίνας κεφαλήν. μείδησε δὲ θυμῷ
σαρδόνιον μάλα τοῖον.

Tali risu tenentur proci ipsi Odyss. υ, 345.

μνηστῆρσι δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
ἄσβεστον γέλον ὦρσε, παρέπλαγξεν δὲ νόημα.
οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισιν.

Quem

Quem locum respexit Horatius Satyr. II, 3, 73.

Quum rapies in ius malis ridentem alienis,
fiet aper, modo auis, modo saxum, et quum
volet arbor.

Cocytus igitur non simulate ridet, labiis solum diductis, sed remissis et renidentibus superciliis, h. e. animo gaudii pleno. Ille risus directus erat ad eum, qui mouerat, ad Orpheum cithara canentem; propterea aptius est, ἐπιμειδᾶν, quam ὑπομειδᾶν. ἐπιμειδᾶν aliquoties adhibuit Homerus, Iliad. δ, 356. ϑ, 38. κ, 400. et exprimit risum modestum, et decentem, qui vultu fit magis renidente, et explicata fronte, quam labiorum diductione et denudatione dentium. Quum Agamemnon Vlyssem, quem paulo durius allocutus est, placare studet, ἐπιμειδᾷ, Iliad. δ, 356.

τὸν δ' ἐπιμειδήσας προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων,
ὡς γνῶ χωομένοιο.

Vbi Epeus discum tollit, et proiicit, in cachinnum Achiuorum multitudo erumpit, Iliad. ψ, 839.

σόλον δ' ἕλε δῖος Ἐπειός,
ἧκε δὲ δινήσας· γέλασαν δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοί.

et, quum Polypoetus omnes iactu superat, clamorem tollit, vs. 844.

ἀλλ' ὅτε δὴ σόλον εἷλε μενεπτόλεμος Πολυποίτης,
ὅσσον τίς τ' ἔῤῥιψε καλαύροπα βουκόλος ἀνὴρ,
ἡδε ϑ' ἑλισσομένη πέτεται διὰ βοῦς ἀγελαίας·
τόσσον παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε· τοὶ δ' ἐβόησαν.

Dis-

Discrimen illud praeclare ostendit Ruhnkenius ad locum hymn. in Cer. 204. μειδῆσαι γελάσαι τε, ex Aeliano V. H. VIII, 13. Ἀναξαγόραν φασὶ μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μήτε μειδιῶντα τὴν ἀρχήν. Olim, quum totum verſiculum, duce Ruhnkenio, cum ὑπέμεινε, connectendum arbitrabar, ἀθέμιστον μειδήσαντα intelligebam *nefarie ridentem, riſu ſarcaſtico crudelitatem declarantem;* vt Penelope Odyſſ. σ, 162. ἀχρεῖον γελᾷ h. e. ita ridet, vt ex vultu nequitia et dolus eluceat *(ſchalkiſch lächeln)*; et ſicut Silenus riſu dolum prodit ap. Virgil. Eclog. VI, 23.

Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis? inquit.

Alio tempore ἀθέμιστον mutandum putabam in ἀθέριστον (ab ἀθερίζω), quod Heſychius ἀφρόντιστον interpretatur, vt ἀθέριστον ἐπιμειδᾷν eſſet, *in contemtum ridere, riſu contemtus pleno excipere, verächtlich anlächeln.* Vndarum ſtrepitus, quas voluit amnis, aſſimilari poſſet diro ac faſtuoſo cachinno, quod Orpheus tam vana conaretur, et nil miſerantem Orcum flectere tentaret. Sed haec omnia nunc reiicio, putoque, quam dedi explicationem, eam eſſe veriſſimam. Concinit optime cum iis, quae praecedunt, et ſequuntur; nam vſ. 5. dicit poeta: λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεῖ, *lacus alte reboat;* at audet Orpheus, et canit; nunc ceſſat alte reboare Cocytus, et laetiore facie ſumta, more prorſus inſueto renidet. Quanto vero animo opus erat Orpheo, vt Cocyti eiulatum contemneret, tanto opus erat, vt ne deterreri ſe pateretur Cerberi latratu, quod docet poeta

poeta vſ. 10. ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς, quae verba cohaerent cum verſ. 7. ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα, ſcil. λίμνης μακρὸν ἐπαΰτούσης.

Vſ. 11. Ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθοωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα σκληρὸν, τριστοίχοις δεῖμα φέρον κεφαλαῖς. Vulgata lectio eſt: ἐν πυρὶ μὲν φωνῇ τεθοωμένου — δεῖμα φέρων κεφαλαῖς. Lennepius l. c. ſic corrigit:

ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθοωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα
σκληρὸν, τριστοίχου δεῖμα φέρων κεφαλῆς.

Structuram vult eſſe hanc: φέρων (Ὀρφεὺς) δεῖμα τριστοίχου κεφαλῆς, βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα σκληρὸν τεθοωμένου. Senſus verborum eſſet: *Orpheus formidabilem faciem tergemini capitis ferens, ſuſtinuit adſpectum canis horribili latratu, atque oculis igne micantibus inſtantis.* At δεῖμα φέρων non eſt *formidabilem faciem ferens*, ſed *metum ferens*, inferens; ita Iliad. ε, 682. δεῖμα φέρων Δαναοῖς *timorem incutiens Danais.* Si ergo δεῖμα φέρων verum eſt, intelligendum eſt de Orpheo cani infernali timorem ſui ac reuerentiam inſtillante; vereor tamen, ne δεῖμα φέρων nimis grauiter dictum ſit. Dedi igitur cum Ruhnkenio δεῖμα φέρον, non tamen ad ὄμμα σκληρὸν referens, vt Ruhnkenius fecit; quomodo enim oculus trium capitum auxilio poſſet terrorem iniicere? ſed ad βλέμμα, h. e. *vultum, adſpectum*, qui eo eſt terribilior, quod tria capita terrent, tria capita latrant, et ignem ex oculis iaculantur. Θοοῦσθαι φωνὴν eſt incitata voce latrare; θοοῦσθαι

ὄμμα

ὄμμα est oculos acriter intendere. Nicander quem laudat Lennepius et Ruhnkenius, Theriac 227. αὐτὰρ ἐνωπῆς Γλήνεα φοινίσσει τεθοωμένος Oppian. Halieut. II, 525. σεύονται λύσσῃ τεθοωμένοι. An Propertius hunc locum expresserit vt censet Ruhnkenius, dubito, III, 16, 23 *Exoranda canis tria sunt latrantia colla* IV, 7, 52. *Tergeminusque canis sic mih molle sonet.*

Vs. 13. Ἔνθεν ἀοιδιάων. „ἔνθεν pro ἔνθα et iam est vs. 24. Pro ἀειδιάων MS. Venet. men dose λυδιάων. Rarior forma ἀοιδιάω bis reperi tur apud Homerum Od. ε, 61. κ, 227." *Ruhnk*

Vs. 15. Υἱὸς Μήνης. De diuersa stirpis Mu saei apud veteres mentione vide, quae Har lesii diligentia ad Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 119 collegit; Lunae (Σελήνης vel Μήνης) eum fuisse filium, testis Philochorus ap. Schol. Aristoph Ran. v. 1065. et Seruius Aen. VI, 667. Or pheus, quem multi patrem eius perhibent, a Iustino Mart. scripsisse dicitur πρὸς τὸν υἱὸν αὐτο Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς

— — σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε Μήνη Μουσαῖε.

Vs. 16. Ἀντιόπην. Fatetur Ruhnkenius nihil sibi de hac Antiopa constare. Dalecham pius et Burmannus Sec. ad Propert. II, 21, 51 eam cum Nyctei filia, Lyci regis Thebanorum vxore, confundunt; de qua videndus Burman nus ad Ouid. Met. VI, 110. Huius quidem multo celebrius nomen apud Veteres; constat enim,

enim, Euripidem, Ennium, et Pacuuium gesta eius digna iudicasse, quae cothurno adaptarent. Illa vero, Musaei amica, eadem videtur esse, quam commemorat Aristoteles (Mirab. Auscult. p. 734. T. II. Duval.), Deiopen, quam alii Musaei vxorem perhiberent, alii matrem Triptolemi; narratque, se fama accepisse, Atheniensibus templum Cereris Eleusine exstruentibus, inuentam esse columnam aeream, cui inscriptum erat: Δηϊόπης τόδε σῆμα. Haec nomina ex antiqua scribendi ratione non adeo differunt, vt vnum in alterum transire non potuerit: ΔΗΙΟΠΗ, ΑΝΤΙΟΠΗ. ἀγέραστον ἔθηκε est *non fiuit esse sine carminis honore.* Sic γεραίρειν de cantu Hymn. Hom. in Merc. 429. Fortasse carmen illud, quo Musaeus amicam suam celebrauit, hymnus fuit in Cererem, quem commemorat Pausanias Attic. p. 53. et Messen. p. 281.

Vs. 17—19. ἥτε πολυμνήστησιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν. Vulgo legitur: ὅστε πολυμνήστησιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν εὔσημον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων, Ῥάριον ὀργίων ἀνέμω διαποιπνύουσα Δήμητρα. Hanc lectionem, quam Oedipus non potest soluere, ita refinxit Lennepius:

ὅσγε πολυμνήστην ποτ' Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν,
εὔσημον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων
Ῥάριον, ὀργιάων ἀνεμώλιας ποιπνύουσαν
Δήμητρα.

Sed quid est εὔσημον κρυφίων λογίων Ῥάριον? quid ἀνεμώλιας ποιπνύουσαν Δήμητρα? Callide emendationis suae versionem et explicationem omisit.

Primum

Primum Codex Mediceus et Venetus pro ὅς suppeditant ἥτε, quod, praeeunte Ruhnkeni mutaui in ἥτε, vt ad Antiopen referatur. Na femininum genus postulat verbum διαποιπνύε σα, quod sequitur. Pro πολυμνύστησιν scri leuissima mutatione πολυμνήστησιν. Apud H merum est πολύμνηστος multis votis expetitu et de mulieribus adhibetur, multos procos h bentibus. Sic dicitur Penelope πολυμνήστη βα σίλεια, Odyss. δ, 770. ψ, 149. et Eumaei Odyss. ξ, 64. inter bona, quae a domino fidelem pastorem conferri solerent, comm morat πολυμνήστην γυναῖκα. Ex hoc loco inte ligimus, potestatem vocis esse eam, vt non ta de multitudine ambientium nuptias cogita dum sit; quod de virgine subulco danda v sperari potest; quam de sedulitate ambientiu vel ambientis, et crebra precum repetition Deinde ad deos transfertur, qui precibus f tigantur, et cantu commemorantur; Orp Hymn. XLI, 1. 2.

Θεσμοφόρον καλέω ναρθηκοφόρον Διόνυσον
σπέρμα πολύμνηστον πολυώνυμον Εὐβουλῆος.

Sic Bacchus etiam vocatur Hymn. XLIX, Hoc nostro loco πολύμνησται sunt *Ceres* et *Pr serpina*, quae saepius communi vocantur c gnomine, v. c. θεσμοφόρω, Aristoph. Thesmop 282. 297. 1156. πυρφόροι, Eurip. Phoeniss. 69 μέγαλαι θεαὶ, Sophocl. Oed. Col. 715. διώνυμ Eurip. Phoen. 689. Σεμναί τ' αἰδοῖαί τε, Home h. in Cer. 485. Πολύμνησται igitur sunt *dea quae multum celebrantur, et precibus mu tis inuocantur;* vt non adeo differat hoc c

gnome

gnomen a πολυλλίστη, quo dicitur Ceres nomine apud Orph. H. XL, 9.

Ἀλλὰ θεὰ λίτομαι σε πολυλλίστη βασίλεια
ἐλθεῖν εὐάντητον ἐπ' εὐϊέρῳ σέο μύστῃ.

et a τρίλλιστος ap. Callimach. H. in Cer. fin.

Ἵλαθί μοι τρίλλιστε, μέγα κρείουσα θεάων.

Datiuus autem πολυμνήστησιν refertur ad sequens ἐξεφόρει εὐασμὸν, vt sit: *in honorem dearum venerandarum.* Pro εὔοσμον enim Codex Venetus praebet veram lectionem εὐασμόν. εὐασμὸς est *laetus clamor mulierum in sacris Cereris*, siue ὀλολογὴ, vt ab aliis vocatur, ab εὐάζω, h. e. εὐοῖ (quasi εὖ οἱ *bene sit illi*) clamo. Plutarchus Anton. p. 951. A. ἀκουσθῆναι καὶ βοὴν ὄχλου μετὰ εὐασμῶν καὶ πηδήσεων Σατυρικῶν. εὐασμὸς κρυφίων λογίων est *clamor mysteriosus, sententiae, abstrusae, a nemine, nisi initiato in sacris Cereris, intellectae.* ἐκφορεῖν egregie adhibitum; sic Pind. Nem. IV, 100. καὶ τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπρωμένον ἔκφερεν. Cantica, quibus festa Cereris celebrabantur, erat mysteriosa, et oraculorum instar obscura. Pro ἀνέμῳ διαποιπνύουσα, quod nihili est, dedi: ἀν' ἐπῴδια ποιπνύουσα; nihil scriptura similius, quam ΑΝ ΕΠΩΙΔΙΑΠΟΙΠΝΥΟΥΣΑ et ΑΝΕΜΩΙ ΔΙΑΠΟΙΠΝΥΟΥΣΑ. Musica in omnium fere deorum sacris adhibebatur, organica et vocalis; vid Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 243. In Cereris sacris adhibitam esse, non sinit dubitare locus Aristophanis, Thesmoph. 327. vbi ita mulieres:

Χρυσέα

Χρυσέα τε φόρμιγξ ἠχήσειεν ἐπ' εὐχαῖς
ἡμετέραις· τελέως δ'
ἐκκλησιάσαιμεν Ἀθηναίων
εὐγενεῖς γυναῖκες.

Ῥάριον cum Δήμητρα coniungendum est, vt *Ceres Rharia* intelligatur; de qua vid. Hom. Hymn. in Cer. 450. et quae ibi notauimus. Ὀργίων offendebat Lennepium, quod media syllaba, quae corripienda esset, produceretur; at producit etiam in Hymn. Hom. in Apoll. Pyth. 211. ad quem locum originem vocis explanauimus. Sacerdotes Cereris erant feminae, et quidem virgines, quae dicebantur alias Μέλισσαι. Callim. h. in Apoll. 110. ἱεροφάντιδες, Sophocl. Oed. Col. 530. ἀρήτειραι Callim. H. in Ceror. 43. ad q. l. vid. Spanhemium. Pro ποιπνύουσα, quod nos restituimus, vel διαποιπνύουσα, quod vulgo legitur, Codex Venetus male, διαποιπνύσα. Cum quarto casu constructum legitur verbum ap. Apollon. Rhod. IV, 1113. ἀμφίπολοι δέσποιναν ἑὴν μεταποιπνύουσαι. Sensus igitur loci vexatissimi, sicut nos eum exhibemus, hic est: *Nec vero Lunae filius, Musaeus, dulce Gratiarum decus, carere siuit carminis honore Antiopen, quae ad Eleusinis radices in dearum maxime venerandarum honorem laetos praeibat reconditae doctrinae clamores, sacerdos, inter organorum musicorum sonos, Rhoriae Cereri ministrans.* Olim vs. 17. legendum putabam: πολυμνήστοιο Ἐλευσῖνος, *multum celebratae Eleusinis;* vt ἀείμνηστος τάφος ap. Sophocl. Aiac. 1185. Eodem sensu, et propius ad scriptionem vulgatam legi posset: πολυμνήστῃσιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαις. Sicut enim

πόδες

πόδες tropice adhibitum est ap. Hom. Iliad. υ, 59.

πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπιδάκου Ἴδης,

ita πέζαι etiam in plurali numero adhiberi potuit; Librarius, quia notius ipsi erat παρὰ πέζαν, facile hoc pro illo posuit. Fortasse est, cui ἀνεμώλια, quod Lennepius rescripsit, arrideat. Posset certe ita explicari, vt negligentia et tarditas innueretur, qua Antiope, nihil nisi Musaeum oculis ferens, Cereris cultui intersuisset. At, quamuis mulierculatum natura ita ferat, tamen hoc loco id debet abesse, tum propter ea, quae praecedunt, et summum studium indicant, tum quia, si cultus oblita puella perhiberetur, id moribus eius quodammodo officeret; tum vero, quod poeta statutum habet, non puellarum perpessiones, sed amatorum describere

Vs. 20. γνωστὴ δ' ἐστί. „Sensus est: Antiope etiam mortua viuit Musaei carminibus. Hoc ad οὐκ ἀγέραστον vs. 15. referendum. Diocles in Analect. Brunck. T. II. p. 183. οἶδέ με κὴν αἴδῃ. Theocrit. Eid. XVI, 30. ὄφρα καὶ εἰν αἴδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς, μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῷ Ἀχέροντος." *Ruhnk.*

Vs. 21 — 23. φημὶ δὲ καὶ πατρῷον. Vulgo hi versus ita leguntur:

φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον
Ἡσίοδον, πάσης ἤρανον ἱστορίης,
Ἀσκραῖον ἱκέσθαι, ἔχονθ' Ἑλικωνίδα κώμην.

Pro

Pro Βοιωτὸν ſcripſi πατρῷον, quia, ſi ad Heſ
dum referretur, μέλαθρον foret ſine epithe
quod, niſi aedes opponuntur ſpatio circa aed
et ante aedes, ferri nequit; aut ſi cum μέλ
θρον coniungeretur, inferretur apertum m
dacium, quum Cuma, vnde oriundus e
Heſiodus, ad Aeolicas vrbes in Aſia minc
non ad Boeoticas in Graecia, pertineat. I
trias reliquiſſe aedes Heſiodum, non magis c
tum, quam neceſſe eſt. Pro Ἀσκραῖον de
Ἀσκραίην, Ionice pro Ἄσκρην, vt Ἀθηναίη p
Ἀθήνη, ἀναγκαίη pro ἀνάγκη ſcribitur. P
mum, ſi Ἀσκραῖον retinetur, metrum claudic
nam in carmine elegiaco non ſolet, ſicut
heroico, breuis ſyllaba per caeſuram produ
certe rarius accidit. Deinde neque ad Heſi
dum, neque ad κώμην commode referri pot
Ἀσκραῖον: etenim illud per πρόληψιν fieret h.
ſi quid ſentio, intolerabilem; hoc autem ſie
vetat epitheton Ἑλικωνίδα. Pro ἔχονθ' vulgat
Cod. Venetus habet: ἔχων Ἑλικωνίδα. Lenn
pius ſcribit: ἔχεινθ' Ἑλικωνίδα κώμην; quo
probat Ruhnkenius. Mihi olim placebat ἑλόνθ
vt ſenſus eſſet: *Patria ſua relicta, noua*
ſibi patriam elegit prope Heliconem. I
vero, quotiescunque hunc locum ex priſtin
mea correctione lego et relego, toties ſenti
ieiunum quiddam, et vacuum: nec enim vide
quid tanti ſit in his, quae commemorat poet
vt opus ſit affirmatione φημὶ. Φημὶ, inquam h. e
aio atque contendo, Heſiodum, patern
domo relicta, Aſcram veniſſe, vicum prop
Heliconem. Quid noui hic, quid miri, v
aſſeueratione opus ſit? Loquitur hiſtoria; ne
mo negat. In facto igitur nihil eſt, quod con
firmar

firmandum ſit; fortaſſe autem in modo facti, in cauſa. In verſ. 29. de Homero legimus: εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο θεῖος Ὅμηρος ᾠδῆσιν, πινυτῆς εἵνεκα Πηνελόπης; et ſic in omnibus, quae deinceps commemorantur, ſubeſt amor, qui regit, mouet, impellit, qui peculiarem formam actioni induit. Itaque hoc etiam loco non putem, ſimpliciter narrari, Heſiodum patrium ſolum mutaſſe, quod notum erat omnibus; ſed aliam fuiſſe emigrationis cauſam, quam quae vulgo eſſe crederetur. Vulgo patrem Heſiodi ex Aeolia in Boeotiam commigraſſe putabant, inuitum, neceſſitate coactum, dira preſſum paupertate; quod ipſe poeta dicit ἐργ. κ. ἡμ. 633. ſeqq.

ὥς περ ἐμός τε πατὴρ καὶ σὸς, μέγα νήπιε Πέρση,
πλωΐζεσκεν νηυσὶ, βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ.
ὅς ποτε καὶ τῆδ' ἦλθε, πολὺν διὰ πόντον ἀνύσσας,
Κύμην Αἰολίδα προλιπὼν, ἐν νηΐ μελαίνῃ.
οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον,
ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι.
νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ,
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Haec per iocum poeta noſter ignorat, et aliam cauſam fuiſſe fingit, quae Heſiodum e patria expulerit, amorem. Illud igitur ἔχονθ', quod ſuperfluum videtur, ſi, vt ego feci, in ἑκόνθ' mutatur, erit neceſſarium; ſenſus enim ita ſe habet: *aio etiam Heſiodum, non, vt vulgo creditur, inuitum et paupertate coactum Aſcram veniſſe, ſed ſponte, volentem; nam ibi*

ibi ambibat puellam, Eoeam Afcraeam. Homer. Odyff. γ, 214.

εἰπέ μοι, ἠὲ ἑκὼν ὑποδάμνασαι, ἤ σέ γε λαοὶ ἐχθαίρουσ' ἀνὰ δῆμον.

Verbo adhuc monendum, ἤρανον πάσης ἱστορίης, quo titulo ornatur Hefiodus, effe *decus omnis eruditionis, ornamentum omnis doctrinae*; nam ἱστορίη eft *fcientia, peritia;* ita Mufae Hym. Hom. XII. in Lun. ἵστορες ᾠδῆς. Hefiodus hoc dicitur nomine, qui non modo multa carmina compofuit, fed etiam diuerfiffima argumenta tractauit.

Vf. 24. ἔνθεν ὅγ', Ἠοίην μνώμενος Ἀσκραΐκήν, πολλ' ἔπαθεν. „Hunc locum aliquando, poft Cafaubonum, Petitum ad Leg. Att. p. 560. et alios, meis quoque coniecturis vexaui. Nunc omnibus iterum perpenfis, non emendandum eum arbitror, fed explicandum. Hermefianax per lufum iocumque fingit, Hefiodum, captum amore Afcraeae puellae, Eoeae, vt durum eius animum flecteret, Ἠοίας μεγάλας, fiue κατάλογον γυναικῶν, cuius quartus liber Ἠοίας comprehendebat, fcripfiffe, et inftituta puellae cum antiquis heroinis comparatione, fingularum heroinarum, quas recenferet, hymnum ab amicae nomine Ἠοίη vel Ἢ οἵη incepiffe. Sunt igitur βίβλοι λόγων nihil aliud, nifi κατάλογος γυναικῶν. Nam vt λέγειν interdum dicitur pro καταλέγειν, fic λόγος pro κατάλογος *recenfio.* Huic fententiae interpunctionem accommodaui, diftinguens poft βίβλους, et ὕμνων referens ad ἀναρχόμενος. Sic enim pro ἀνερχόμενος



μενος recte ſcripſit Gu. Canterus Nou. Lect. IV, 13. Grammaticus in Vita Arati, nuper editus ab Iriarte Bibl. Matrit. p. 202. καθάπερ γὰρ ὁ Ἡσίοδος ἔργων καὶ ἡμερῶν ἀρχόμενος τῶν ὕμνων ἀπὸ Διὸς ἤρξατο. Quod autem Ἠοίας partem καταλόγου γυναικῶν dixi, id non obſcure colligere licet ex veteri grammatico; cuius ſcholion pereruditum Aldi diligentia ad Heſiodi Aſpidem prodidit; ſed Dan. Heinſii ſocordia neglexit. Idemque confirmat Heſychius: Ἠοῖαι, ὁ κατάλογος Ἡσιόδου. Quid? ex ipſo Hermeſianacte ſatis clare intelligitur, Ἠοίας a καταλόγῳ non diuerſas fuiſſe," *Ruhnk.* In his, quae erudite disputata ſunt a Critico Batauo, non dubitarem equidem acquieſcere; modo certius quid conſtaret de vſu verbi ἀνάρχεσθαι, quod vix Graecum puto. Nam ἄναρχον eſt, *quod caret principio:* ἄναρχοι, *qui ſunt ſine duce;* vnde ἀναρχία, *defectus regiminis.* Verbum inde deſcendens mihi nondum innotuit. Iam ſcio quidem fieri poſſe, vt vocabula eiusdem compoſitionis non ſemper eandem tueantur particulae, qua aucta ſunt, ſignificationem, ſed vt haec in verbis interdum alia ſit, quam in nominibus, et participiis, et vice verſa; v. c. *inerrare,* apud Latinos, et *inerrans ſtella;* fateorque ἀνάρχεσθαι idem fortaſſe eſſe, quod ἄρχεσθαι; ſed hoc loco id certum eſſe et indubitatum, nego: nam correctione demum nacti verbum ſumus. Fortaſſe ipſum hoc ἀναρχόμενος lectum fuit a ſcribis, et, quum non intelligerent, in ἀνερχόμενος ab iis mutatum. Suſpicor igitur aliud quid latere; poetam ſcilicet ſcripſiſſe ἀπαρχόμενος. Hoc verbum pertinet ad ſacra, et eſt, *primitias offerre;*

vid. quae notamus
Del. 125. Apud H
χεσθαι, cum secund
nisi me omnia fallun
melianax dixit: ὑμνωι
μενος, h. e. *laudati*
est puellae nomine
nebat; non poterat
quae Musis ferenda
prima erat, peteret
singularum partium,
quae incipiebant: ἡ
dus nomine amicae.

Vs. 27. ὃν ἐκ Διὸς
Hym. in Apoll. Pyth.
φυλάσσει; cf. H. in V
de carminibus Homer
tate, non sine fatali
deorum decreto, vt
ad seriora tempora t

Vs. 28. ἥδιστον π
Quum Homerus non
quam granditate ce
putat Ruhnkenius: κύδ
lon. Rhod. II, 721. κ
νοντες. Saepius hae
κύδιστος, κήδεστος. Vlti
reddenda Nicandro Th
πελέων κυδίστατε πάων;
πάων. Nam, vt schol
poeta intelligendus est
Nicandri. Nicander
Odyss. κ, 225. ὅς μοι

τατός τε. Mihi aliter videtur. Magis hoc loco respicitur ad Odysseam, quam ad Iliadem; et quum in Odyssea suauitas maior sit, in Iliade granditas; recte equidem putem dici Odysseae auctorem ἥδιστον δαίμονα μουσοπόλων. Sicut Hermesianax Homerum deum poetarum appellat, ita Cicero Platonem deum philosophorum; de N. D. II, 12. *Audiamus autem Platonem, quasi quendam deum philosophorum;* ad Attic. IV, 16. *Feci idem, quod in πολιτείᾳ deus ille noster Plato.* Ceterum ad hunc de Homero, et alterum de Antimacho locum putat Ruhnkenius respexisse Propertium II, 25, 45. *Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.* item I, 7, 3. *Atque, ita sim felix, primo contendis Homero.*

Vs. 29. λεπτὴν γ' εἰς Ἰθάκην. „MSS. Venet. et Medic. λεπτὴν δ' εἰς Ἰθάκην. Sed γ' melius est. Post ᾠδῆσιν minor distinctio ponenda, vt ad ἀνετείνατο referatur. Homerus cum carminibus suis in Ithacam contendit, vt Penelopae placeret." *Ruhnk.*

Vs. 31. ἣν διὰ πολλὰ παθών. „Expressit Propertius II, 7, 23. *Omnia propter formosam Briseidem passus.*" *Ruhnk.*

Vs. 33. ἔκλαιεν δ' Ἰκάρου τε γένος. ἔκλαιεν exquisite pro εἶπε vel ἔλεγε, vel simili verbo poetarum cantum exprimente: *flebili carmine ornauit.* Ἰκάρου γένος i. e. *Penelopen.* Apud Homerum vocatur pater Penelopes Icarius Odyss. α, 329.

κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια.

δῆμος Ἀμύκλου καὶ Σπάρτη est *Helena* cum La cedaemoniis. Amyclas filius erat Lacedaemo nis, et Spartes f. Eurotae Lelegis autochthoni Iouis et Taygetes nepos; Amyclae et Diom des, f. Lapithae, erat Cynortes; Cynortae era Perieres; Perieres cum Gorgophone, Pers filia, genuit Tyndareum, Icarium, Aphareun Leucippum. Icarii filia erat Penelope; Tyı darei et Ledae Helena. Vid. Apollod. III, 10 3. Apud Homerum commemorantur etian οἳ Σπάρτην, et οἳ Ἀμύκλας εἶχον. Iliad. β 582, 584.

Vs. 34. Ἰδίων ἁπτόμενος παθέων. „Han mire venustam exquisitamque sententiam dux ab Homero Iliad. τ, 301. ὣς ἔφατο κλαίουσ᾽, ἐπ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶ δ᾽ αὐτῶν κήδε᾽ ἑκάστη." *Ruhnk.*

Vs. 35. εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς. „Philete in Stobaeo Grotii p. 343. ἀλλ᾽ ἐπέων εἰδὼς κ σμον, καὶ πολλὰ μογήσας, Μύθων παντοίων οἶμ ἐπιστάμενος. Hic tamen πολλὸν ἀνατλὰς no cum εὕρετο, sed paulo duriori traiectione cu καίετο Νάννους coniungendum videtur." *Ruhn* Equidem πολλὸν ἀνατλὰς coniungo cum εὕρετ Mimnermus enim in medio amoris aestu inuen impares versuum numeros; amor causa fu inuenti pentametri. Elegiae inuentionem tribuunt Mar. Victorinus Art. Gramm. III. p 2555. et alii, quos laudat Ruhnkenius ad Ca limachi Fragm. p. 439.

Vs. 36. μαλακοῦ πνεῦμ᾽ ἀπὸ πενταμέτρου Lennepius scribit: πνεῦμα τὸ πενταμέτρου; qua correctio ita placet Ruhnkenio, vt eam elegan ter

tem appellet. Mihi ſecus videtur. Pertinet ἦχον et πνεῦμ' ad ἀπὸ πενταμέτρου, quod pro genitiuo ponitur. Sic Aſclepiades Anal. Brunck. T. I. p. 219. τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου σεμνοτέρη πασῶν εἰμὶ, pro τῶν δὲ τοῦ Κόδρου. Batrachomyom. Hom. 37. τόμος ἐκ πλέξνης pro τόμος πλέξνης; et 42. ἐκ πολέμου αὐτή. Ipſe etiam Ruhnkenius alicubi de vſu huius genitiui, intercedente particula ἀπὸ, agit; locus tamen non ſuccurrit. Hunc locum reſpexit Propertius, I, 7, 19. *Et fruſtra cupies mollem componere verſum*. I, 9, 11. *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.*

Vſ. 37. καίετο μὲν Ναννοῦς. „Mimnermus et tibicen et poeta tibicinam Nanno amauit. Poſidippus in Anal. Brunck. T. II. p. 48.

Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπίχει δύο, καὶ φέρ ἐρασ7ῶν,
Μιμνέρμου, καὶ τοῦ σώφρονος 'Αντιμάχου.

Vid. Strab. XIV. p. 952. et Athenaeum XIII. p. 597. A. Eandem carmine, quod Νάννω inſcriptum erat, cantauit. Ex quo Strabo XIV. p. 940. Athenaeus XI. p. 470. et Stobaeus Tit. 115. p. 592. pluſculos verſus conſeruarunt. Locutionem καίετο Νάννους aduerſus Caſaubonum egregie vindicat T. Hemſterhuſius Obſ. Miſc. Vol. VI. T. I. p. 302." *Ruhnk.*

Vſ. 38. πολλῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μώλῳ κνημωθεὶς κώμους στεῖχε συνεξανύειν. Vulgo legitur: πολιᾷ δ' ἐπὶ πολλὰ κιμώτω κνημωθεὶς κώμους ὤιχα συνδραμίη. Caſaubonus legebat:

καίετο μὲν Ναννοῦς ὑπὸ τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ
κνημωθεὶς, κώμους ἔστιχεν ἀδρανίῃ.

Lenne-

Lennepius ita ſcribit:

καίετο μὲν Ναννοῦς· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκις οὐδῷ
κνημωθεὶς, κώμους ςεῖχε σὺν ἀδρανίῃ.

Putat pro Homerico γήραος οὐδὸν Iliad. ω, 484. noſtrum poſuiſſe πολιὸν οὐδὸν, Velle poetam, Mimnermum, quum iam ſenior eſſet factus, ſaepius ad commeſſationes iuiſſe, et voluptatibus deditum fuiſſe. Quam egregie hoc in Mimnermum quadraret, neminem non ſentire, ſi conferretur dictum ab eo ap. Stobaeum in Florileg. Grot. Tit. LXIII. p. 242.

τίς δὲ βίος. τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Ruhnkenius aliquando: πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ; vt in Phaniae epigrammate apud Kuſterum, ad Suid. T. II. p. 519. πολιῷ γυῖα δεθεὶς καμάτῳ. Ad veritatem ducimur a MSS. Veneto et Mediceo. Cod. Venet. habet: πολλιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λώτῳ κνημωθεὶς, σίχε συνεξαμύη. In συνεξαμύη conſentit cum Veneto Mediceus. Horum MSS. auxilio locum ita olim reſingebam: σκολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λώτῳ κνησμωθεὶς κώμους ςεῖχε συνεξαινύειν. Λωτὸς, ſiue tibia Mimnermo tibicini eſt aptiſſima; et centies pro tibia ponitur λωτὸς, v. c. Eurip. Phoen. 794. Iph. Aul. 438. vid. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 244. Quod noſter dixit λωτὸν σκολιὸν, id apud Ouid. Faſtor. IV, 190. eſt *lotos adunca;* et Theocrit. I, 129. σύριγξ καλὰ, περὶ χεῖλος ἑλικτά. Alias dicitur hoc inſtrumentum Graecis πλάγιος λώτινος, et πλαγίαυλος, ex quo Francogallorum

gallorum *Flageolet*, vel *Flageaulet*. Κνημωθεὶς, quod Athenaei Codices exhibent, quum nullibi legatur, vnde auctoritas peti posset, ex solo Hesychio explicari solet. Hesychius habet: κνημοῦμαι, φθείρομαι. κνημωθῆναι, φθαρῆναι. κνημῶσαι, περιχῶσαι, φράξαι, φθεῖραι, κλεῖσαι, ἐλθεῖν Nulla autem harum significationum huic loco satis apta videbatur. Reponebam igitur κνησμωθεὶς. Origo verbi κνησμόω est κναω, *scalpo, rado; pruritum excito;* inde κνῆμα, κνησμὸς, κνηθμὸς *pruritus;* a κνησμὸς et κνηθμὸς formari potuit κνησμόω, et κνηθμόω, *pruritu afficio;* ita χάω, χαίνω, χάσμα, χάσμη, χασμάομαι; χράω, χραίω, χραῖσμη. χραισμέω; δέω, δέσμος, δεσμόω; vt ergo nihil sit in κνησμόω, quod non cum analogia conueniat. Iam sicut a κνάω est alia forma, κνίζω, quae ad amorem transfertur, vt κνίζομαι sit, *prurio libidine, amore titillor, amore vror,* vt Theocrit. Idyll. IV, 58.

εἶπ' ἄγε μ', ὦ Κορύδων, τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει
τηναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα, τᾶς ποκ' ἐκνίσθης;

et Idyll. VI, 25.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ κνίσδων πάλιν, οὐ ποθόρημι,
ἀλλ' ἄλλαν τινὰ φαμὶ γυναῖκ' ἔχεν.

ita κνησμόω eundem habere potuisse vsum, quis non intelligit? Sensus igitur horum versiculorum erat: *Saepius autem, quum amor eum vreret, ad commessationes iuit, et ad loton aduncam cantilenas cecinit.* Doceret ergo poeta,

poeta, Mimnermum, perdite amantem, ſi forte offenſus eſſet riualis interuentu, vltionem distuliſſe in commeſſationes, vbi pro more illius aetatis bilem liberius poſſet effundere. Ita Pompeius iunior in Anal. Brunck. T. II. p. 105. coniunxit:

κώμους, καὶ τὰ νέων ζηλώματα, καὶ τὰ πο-θεύντων,
κνίσματα, καὶ μύστην λύχνον.

Eiusmodi cantilenae erant *αὐτοσχεδιάσματα*, vt diſcimus ex Hom. Hymn. in Merc. 54.

θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
ἐξ αὐτοσχεδίης πειρώμενος, ἠΰτε κοῦροι
ἡβηταὶ θαλίῃσι παραιβόλα κερτομέουσι.

Tibias adhibitas fuiſſe idem Hymnus nos docet vſ. 450. ſeqq.

καὶ μολπὴ τεθαλυῖα, καὶ ἱμερόεις βρόμος αὐλῶν.
οἷα νέων θαλίῃσ' ἐνδέξια ἔργα πέλονται.

De vocabulo *κῶμος* vid. Caſaub. de S. Graec. Poeſ. p. 113. Ita igitur olim de hoc loco. Nunc aliter ſtatuo. Ex πολλιῷ, quod Codd. Ven. et Med. habent, feci πολλῷ: eſt enim πολλιῷ ex traiectione natum ΠΟΛΛΩΙ, ΠΟΛΛΙΩ. Ex πολλὰ κιμώτω, vulgato, et πολλάκι λώτῳ e Cod. Ven. feci πολλάκι μώλῳ. Μῶλος eſt *pugna*, *militia*, *bellum*; belli et militiae nomine dicuntur Veneris ludi; quid ergo hoc loco aptius? Sic etiam κνημαθεὶς eſt accommodatum: *Saepius autem longa militia*

con-

confectus ad commessandum iuit. Horatius Odar. III, 26. *Vixi puellis nuper idoneus et militaui non sine gloria; nunc arma defunctumque bello barbiton hic paries habebit, laeuum marinae qui Veneris latus custodit.* Conf. Odar. IV, 1. *Intermissa Venus diu, rursus bella moues?* cet. Sic infra vs. 83. κυδοιμὸν adhibuit, vbi vide, quae notamus. Fuit, quum legendum nobis videbatur κνημωθεὶς κώμους ἤχεε συνδρομίῃ, vt συνδρομίῃ esset, *concursu riualium*, et pertineret ad κνημωθεὶς.

Vs. 39. ἤχθεε δ' Ἑρμόβιον. „MS. Venet. male, Ἠδ' ἤχθεε. — Ἠδὲ Φερέκλην. Vulgatum οὐδὲ Casaubonus recte in ἠδὲ mutauit. Sed Φέρεκλον, quare pro Φερέκλην scriberet, nihil causae erat. Vide quae diximus ad Homer. H. in Cerer. 153." *Ruhnk.*

Vs. 40. τοιά δ' ἔπεμψεν ἔπη. „MS. Venet. τ' οιαν. Pro ἔπεμψεν, caue, ἔμελψεν scribas. Epigramma apud Gruter. p. 655. 2. οὐ λοίδορα ῥήματα πέμψας." *Ruhnk.* τοιά δ' explicandum est ex ἤχθεε et μισήσας, quod praecedit: *carmina indignationem et odium loquentia.*

Vs. 41. Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος. Χρυσηΐδος patronymicum a Χρύσης sicut ap. Hom. Iliad. α, 111. Codd. Mediceus et Venetus habent Λυσηΐδος. Ex hoc velit Ruhnkenius formare Λυδηΐδος: modo exempla desiderat formae gentilis Λυδηΐς. Mihi, fateor, etiam exempla non satis essent habitura auctoritatis, vt a Χρυσηΐδος recederem: nam male accidit ad aures Λύδης Λυδηΐδος. Fuit autem haec siue vxor, siue

ſiue amica Antimachi et nomine et gente Ly
Aſclepiades in Anal. Brunck. T. I. p. 219.

Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα· τῶν δ' ἀπὸ Κό
σεμνοτέρη πασῶν εἰμὶ διʼ Ἀντίμαχον.
τίς γάρ ἐμ' οὐκ ἤεισε; τίς οὐκ ἀνελέξατο Λύδη
τὸ ξυνὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

Vſ. 45. *λάρνακι δ' εὖτε θανοῦσαν.* Vulg
Δαρδάνην δὲ θανοῦσαν. Lennepius corrigit: Σ
διανὴν δὲ θανοῦσαν Stephanus Byzantinus: Σ
δις πόλις Λυδίας· ὁ πολίτης Σαρδιανὸς καὶ Σαρδια
Sed diſplicet repetitio nominis gentilis; etia
certum eſſet, Sardibus oriundam fuiſſe Chry
dem. Dalechampius vertit: *Dardania in ter*
Legit igitur: *Δαρδανίῃ*, quod confirmare vi
tur MS. Venetus, qui habet *Δαρδάνῃ.* S
nihil ſcimus, mortuam eſſe Lyden in Dardan
nec vero ſimile eſt. Placet igitur coniectu
Ruhnkenii: *λάρνακι νὶν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θ*
γαῖαν. Hunc nos etiam ſecuti ſumus, niſi qu
pro *νὶν δέ*, vt comtior fiat oratio, et rotundi
ſcripſimus *λάρνακι δ' εὖτε θανοῦσαν ὑπὸ ξη*
θέτο γαῖαν, quae protaſis eſt, quam exci
apodoſis verſu ſeq. verbis *ἦλθεν ἀποπρολιπ*
Iliad. *ω*, 795.

ὀστέα χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες
αἶψα δ' ἄρ ἐς κοίλην κάπετον θέσαν.

Anthol. III. 11. p. 337.

Νικόπολιν Μαραθὼν ἐνεθήκατο τῇ δ' ἐνὶ πέτρῃ
ὀμβρίσας δακρύοις λάρνακα μαρμαρέην.

Vſ. 4

Vſ. 44. κλαίων αἰάζων τ'. Vulgo: καλλίον ἴξαον δῆθεν ἀποπρολιπών. Ex quo Caſaubonus fecit: Σάρδεις Ἰαόνων δ' ἦλθεν ἀποπρολιπών. Lennepius: καὶ Λυδίην ἵξεν δῆθεν ἀποπρολιπών. Codex Mediceus: καλλίω ναίζαεν δίηλθεν. Venetus: καλλίονα ἴξαον διῆλθεν. His confirmatur Caſauboni ſcriptio: ἦλθεν: ex ΗΛΘΕΝ facile fieri potuit permutatione τοῦ Λ et Δ, et traiectione, ΔΗΘΕΝ. Eadem ratione etiam veſtigia Codicis Medicei ad veram lectionem ducunt. Per traiectionem literarum ex ΚΛΑΙΩΝ factum eſt ΚΑΛΙΩΝ, et ex hoc, quaſi comparatiuus eſſet a καλὸς, καλλίον. vt in editis et Cod. Veneto, et καλλίων, ſicut in Codice Mediceo. Sic ex ΑΙΑΖΩΝ factum, ΑΙΖΑΩΝ et deinde αἴζαον, et αἴξαον. Senſus verſuum, vt nos eos emendauimus, ita ſe habet: *Simul atque vrnam, in quam oſſa mortuae amicae collecta erant, arida ſub terra condiderat flens atque lamentans, eam reliquit, et Colophonem altam venit.* Homer. Iliad. ψ, 252,

κλαίοντες δ' ἑτάροιο ἐνηέος ὀστέα λευκὰ
ἄλλεγον ἐς χρυσέην φιάλην, καὶ δίπλακα δημόν.

Iliad. ω, 793.

ὀστέα λευκὰ λέγοντο κασίγνητοι, ἕταροί τε
μυρόμενοι, θαλερὸν δὲ κατείβετο δάκρυ παρειῶν.

Vſ. 45. Ἄκραν ἐς Κολοφῶνα. „MSS. Venet. ἄκρον, ἐνεπλήσατο, et ἱεράς." *Ruhnk.*

Vſ. 46. ἐκ παντὸς παυσάμενος. Hoc confirmat Plutarchus Conſol. ad Apollon. p. 106. B. ἐχρή-

B. ἐχρήσατο δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ Αντίμ ποιητής. ἀποθανούσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοι δης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιο λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλοι Λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ λύπην.

Vſ. 47. ἀνεδείξατο. Vulgo ἀνεδέξατο, etiam Ruhnkenius retinuit. Sed recte ἀνεδ το reponi iuſſit Mitſcherlichius ad Hom. I Cer. 473. ἀναδεικνῦναι eiusmodi in rebu lemne eſt pro *docere;* locis, quae dilig Mitſcherlichii collegit, adde Phanoclem T de Orpheo vſ. 9,

οὕνεκα πρῶτον ἔδειξεν ἐπὶ Θρήκεσσιν ἔρωτε ἄρσενας, οὐδὲ πόθους ἤνεσε θηλυτέρων.

Vſ. 49. ἀηδόνος ἠράσαθ'. „Poſt ἠράσαθ terpunxi, vt ὕμνων cum πολυφραδίῃ coniu tur. Senſus eſt: Alcaeus Sapphonem de bat, et carminum ſuorum venuſtate riu Anacreontem vrebat, veritum, ne Alcaeu dote primas teneret apud Sapphonem." *Ru* Vt Sappho hic dicitur ἀήδων, ita a Chriſto Anal. Brunck. T. II. p. 458. Πιερικὴ μέλισσα

Vſ. 53. Προλιπὼν Σάμον. MS. Venet. πων Σάμον, quod, teſte Ruhnkenio, plac Valckenario;

Vſ. 54. δουρὶ κεκλιμένην. Vulgo; δοῦρι κλιμένην. Sed rectiſſime Caſaubonus reſcr δουρὶ κεκλιμένην. Antipater Sidon. Anal. Bru



T. II. p. 29. Οὐ νούσῳ Ῥοδόπα τε καὶ αἱ γενέτειραι Βοίσκα οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δούρατι κεκλίμεθα. Dicitur Teium δουρὶ κεκλιμένη, quia ab Harpago capta erat; de quo vid. Herodot. I, 168.

Vſ. 55. τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον. Ita Caſaubonus veram lectionem reſtituit. Vulgo legitur: τὸ δὲ μύριον εἴσιδε λέκτρον; quod Dalechampius de patria atque cubili Bathylli Samii, ab Anacreonte amati, intelligit. Lectum, pars Idae, eſt promontorium Aeolidem et Troadem disterminans, et Lesbo inſulae oppoſitum; commemoratur apud Hom. Iliad. ξ, 284. Hoc promontorium vidit Anacreontis conatus; ita ſaepius a poetis montes, arbores, flumina, ferae, teſtes fuiſſe dicuntur ſacrorum Veneris, et ludorum amoris.

Vſ. 57. Ἀτθὶς δ' οἷα μέλισσα πολυπρήωνα κολώνην. Vulgo: Αὖθις δ' οἷα μέλισσα πολιπρίωνα κοδώνην. Lennepius ſcribit: αὖθις δ' οἷα μέλισσα πολυπρήωνα Κολωνόν. Sophocles, Athenienſis ex pago, qui Κολωνὸς dicebatur, erat oriundus. Suidas: Σοφοκλῆς, Σοφίλου, Κολωνῆθεν, Ἀθηναῖος. Κολωνὸς eſt *collis*, γῆς ἀνάστημα, τόπος ὑψηλὸς v. Suid. h. v. Hic, qui patria erat Sophoclis, vocabatur Ἵππιος, *Collis equeſtris (der Ritterhügel)* et erat extra vrbem, diuerſus ille ab alio, qui intra vrbem erat, Κολωνὸς ἀγοραῖος dictus, h. e. *Collis forenſis (der Markthügel)*. Nomen *equeſtris* habebat a Neptuno equeſtri, qui ibi templum habebat. Argum. Oedip. Colon. IIdum: τῷ καλουμένῳ Ἱππίῳ Κολωνῷ οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν Ἱππίου. Celebris erat hic pagus Oedipi fatis;

vnde

vnde Scholiaſtes Sophoclis in Argumento Imo fabulae, quae ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι, inſcribitur: τὸ δὲ δρᾶμα τῶν θαυμαστῶν· ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε, χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ. ἦν γὰρ Κολωνῆθεν. Iam nihil intereſt, Κολωνὸν dicas, an Κολώνην; vtrumque in vſu fuit; quod iam docet illud κολωνῆθεν, pro quo editio Henr. Stephani et Pauli Stephani an. 1603. (p. 483.) in argumento Fabulae habent Κολωνόθεν, vti obſeruat Leſſingius *Leben des Sophocles* p. 15. Hoc noſtro loco praeſtat: κολώνην, quod magis conuenit cum vitioſo illo κοδόνην: hoc ex commutatione τοῦ Δ et Λ natum. Pro Αὖθις ſcite coniecit Ruhnkenius Ἄτθις. Scholiaſt. Sophocl. ad Aiac. 1218. ἥδιστος ὢν ὁ Σοφοκλῆς, πάλιν ἐπὶ τὸ ἴδιον ἦθος ἔκλινεν· ὅθεν καὶ μέλιττα ἐκλήθη. Suidas v. Σοφοκλῆς. προσηγορεύθη δὲ μέλιττα, διὰ τὸ γλυκύ. Ad οἶα asſumendum eſt ex vſ. 41. γιγνώσκεις vt vſ. 85. et 89.

Vſ. 58 — 60. ἐν τραγικαῖς ἦδε χοροστασίαις Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ᾽· ἤγειρε Θεώριδος εἶδος, ἣν ᾠδῆς τεχνὴν Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ. Vulgo hic locus, qui in deſperatis habetur, ita editur: ἐν τραγικαῖς ἦδε χοροστασίαις. Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ᾽ ἀγεῖραιθ᾽ ἀρειδὸς . . . . Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ. Pro θ᾽ ἀρειδὸς, monſtro lectionis, Codd. Venet. et Medic. aliud, maius etiam, alunt, θειαρειδός. Ruhnkenius priorem partem verſus ſic corrigit: Βακχον καὶ τὸν Ἔρωτα γεραίρων . . . . . Homerus Hymn. in Merc. 428. Μνημοσύνην μὲν πρῶτα θεῶν ἐγέραιρεν ἀοιδῇ. Valckenarius Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα cum ἦδε, deleta



deleta diſtinctione, coniungebat. Rectiſſime. Cecinit in choris Sophocles Bacchum in Antigone vſ. 1115 — 1154. vbi praeſtantiſſimus extat hymnus, et Amorem in eadem fabula vſ. 781 — 805. qui hymnus Anacreontis Muſa dignus eſt. Laudat Ruhnkenius inſuper ad illuſtrandam ſententiam Athenaeum XIII. p. 601. A. Σοφοκλῆς ἦγεν εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας. — τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον Sed vereor, vt hoc poeta noſter reſpexerit: mihi quidem certiſſimum videtur, eum hymnos ante commemoratos in Bacchum et Amorem in animo habuiſſe. Ad verſ. 60. Ruhnkenius ita ſcribit: *Poſt hunc verſum mihi lacunam deprehendiſſe videor. Nam quum Hermeſianax omnium et poetarum et philoſophorum, quos recenſet, amicas nominarit, quid eſt, quare vnius Sophoclis amicam reticeret? Nec ignorare poterat, eum Theoridis et Archippe amore irretitum fuiſſe, quum id multis ſeculis poſt cognitum habuerit Athenaeus XIII. p. 592. A. Niſi forte cum Lennepio ſuſpiceris, in corrupto* θειαρειδὸς *nomen* Θεωρὶς *latere. Quod mihi parum probabile videtur.* Non vanam fuiſſe Lennepii ſuſpicionem, probaſſe mihi videor eo, quod illud nomen reſtitui: ἤγειρε Θεωρίδος εἶδος. Lacunam deinde ita ſuppleui: ἣν ᾠδῆς τεχνήν; vt ſenſus ſit: *Theoridis pulchritudo canendi artem, qua Iupiter Sophoclem donarat, excitauit et inflammauit.*

Vſ. 62. καὶ πάντων μῖσος κλώμενον ἐκ ϛονύχων πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. Vulgo ita editur: καὶ πάντων μῖσος κλώμενον ἐκ συνοχῶν πασ. ἀμφ. γυναῖκας;

κας: quod Dalechampius vertit: *et cui co*
bitus odiosus fuit omnium mulierum. I
rere in vulgata illa lectione aliquid vitii;
sensit Casaubonus; nec male inuenisse
sendus est in συνοχῶν. At quod coniecit,
κέων, id iam reprobatum a Ruhnkenio est,
δάκος neque pro δηγμὸς diceretur, neque
vitiosae lectionis vestigia satis accederet.
sterius Ruhnkenii argumentum grauius
quam prius: nam δάκος me pro δηγμὸς leg
memini: locum tamen nunc indicare non
sum. Infelicius Casaubono coniecit Lennep

καὶ πάντως μῖσος κλώμενον ἐξ ἀλόχω
πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, κ. τ. λ.

Illud ἐξ ἀλόχων relatum vult ad ea, quae (
lius affert N. A. XV, 20. *Mulieres fere om*
in maiorem modum exosus fuisse dicit
siue quod naturam abhorruit a mulier
coetu, siue quod duas simul vxores hab
rat, quum id decreto ab Atheniensi
facto ius esset; quarum matrimonii pert
debat. Idem narrat Suidas v. Ἐυριπίδης.
decreto bigamiam concedente vid. Diog. La
II, 5, 10. Variis de caussis haec correctio r
cienda est; quia vestigia lectionis vitiosae ni
deseruntur, constructio μῖσος ἀμφὶ γυναῖκας
certa est, πάντως ad κλώμενον non satis quad
et ipsa verba ἐξ ἀλόχων vaga sunt atque
scura; interim habet etiam, quo se mihi q
dem maximopere commendat; quod pa
post melius doceri poterit. Ruhnkenius
tactum hunc locum reliquit. Varie ego ol
eum tentaui. Primum correctione ἐκ συνοχ

prov



propter suspiria inter omnes mulieres vel circum mulieres audita; quod ita posset intelligi, mulieres, quum supremum et remotissimum locum in theatris tenerent, si se tam egregie sale Euripideo defricari sensissent, suspiria emisisse ab omnibus per inferiores sedes dispersis audienda; qua re Euripides odium virorum φιλογυναίκων sibi contraxisset. Alio tempore placuit: ἐκ στιγέων πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. στιγεὺς est *omne id, quo pungitur;* tropice στιγέες essent *acres et acuminosae sententiae, quibus compunctae essent mulieres.* Sic Cicero dixit *aculeos orationis,* Sull. 16. *aculei contumeliarum,* Orat. II, 55. *cum aliquo aculeo et maledicto facetus,* Brut. 47. Sensus esset: *omnium incurrit odium aculeatis sententiis, quibus omnes punxit mulieres.* Eodem sensu, sed propius ad vitiosae lectionis vestigia, scribendum mihi alio tempore videbatur: ἐκ στονύχων. στόνυξ est *cuspis, mucro, telum.* Sic λοίγιος στόνυξ ap. Lycophron. est *leti telum.* Apollon. Rhod. IV, 1679. πετραίῳ στόνυχι χρίμψε σφυρόν. Vbi Scholiastes: στόνυξ ἐστὶ κυρίως τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος, καταχρηστικῶς δὲ πᾶν τὸ εἰς ὀξὺ λῆγον. In his tamen coniecturis duo erant, quae me male habebant. Primum, quod neque cum re ipsa, neque cum fama rei conciliari commode potest, quando *omnium* odium in se vertisse dicitur Euripides; quum enim πάντων legatur, neque πασῶν, viri intelligendi sunt, qui odio eum persecuti sint. At parum vero est simile, viros odio in eum flagrasse, quod mulieres acriter perstringebat; mulieres potius ipsas funestum odium in eum concipere, necesse erat; id quod testatur etiam Aristophanes Thesmoph. 383.

 seqq.

ſeqq. Deinde nexus poſtulat, vt Euripides ipſ odio perſequatur mulieres, non a mulieribu odio habeatur: nam nec γυναικομισὴς, *odio ſus mulieribus*, ſed μισογύνης a veteribus appe latur, hoc eſt, *oſor mulierum;* quod poeta noſtrum exprimere voluiſſe, tam eſt certum quam quod certiſſimum; et praecedens πεφι λαγμένον ἄνδρα, et, quod ſequitur οὐκ ἀποθέσ ὀδύνας, vix ſenſum haberet, aut ſuo loco eſſ dici poſſet, ſi, quae interſunt, ea odium con tinerent mulierum in Euripidem, non Eurip dis in mulieres: nihil enim ſit ſaepius, quam vt perdite amet mulieres, qui ab iis odio ha betur. Hoc ſenſit, certe ſenſiſſe videtur etiam Lennepius; quare ita correxit, vt Euripidem haberemus odio perſequentem, qualem res po ſtulat. Quod ni ita eſſet, illud πάντων, quo moleſtum eſt, quia viros odiſſe Euripidem ſign ficat, correctione poſſet expelli, et aut πλαγίο reſcribi, vt ςόνυχες πλάγιοι eſſent, *tela e obliquo in mulieres intorta (Seitenhiebe)* aut verſiculus in hunc modum conſtitui: κα παθέων μῖσος κλώμενον ἐκ συνεχῶν πασ. ἀμφὶ γυ ναῖκας h. e. *et propter dolores continuo quos omnibus mulieribus creabat, odium incurrentem.* Vt igitur poeta ſibi conſtaret neque abſonum quidquam, et, quod nexum ſolueret, proferret, optimum factu putabam pro ἐκ συνοχῶν reſcribere ἐξάνεχον, *eminen ſuperans, eximium;* de eminentia enim pro prie hoc verbum adhibet Apollonius Rhodiu Argonaut. II, 370. κεῖθεν δὲ προτέρωσε μέγα καὶ ὑπείροχος ἀγκὼν ἐξανέχει γαίης; vt ho intelligenda verba eſſent ordine: καὶ πάντω ἀμφὶ πάσας γυναῖκας μῖσος ἐξάνεχον κλώμενο

q



qui omnia in omnibus mulieribus insigni odio persecutus est. Haec correctionis tentamina. Deinde explicatione etiam rem expediri posse sperabam. συνοχὴ est *cohaerentia rerum coeuntium, commissura;* deinde *coarctatio, angustia,* vt Homer. Iliad. ψ, 330. ἐν ξυνοχαῖς ὁδοῦ. Apollon. Argon. IV, 629. ἄμμιγα δ' ὕδωρ ἐν ξυνοχῇ βέβρυχε κυκώμενον. Transfertur ad animum, ita, vt sit συνοχὴ, *angor, animi perturbatio.* Hesychius: συνοχὴ, ἀσθένεια, ἀδημονία, ταραχή. Ita in N. T. Luc. XXI, 25. καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ. 2 Cor. II, 4. ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν. De bello etiam adhibetur, et nunc *obsidionem* significat, vt apud Alexandrinos Ier. LII, 5. καὶ ἦλθεν ἡ πόλις εἰς συνοχὴν; Mich. V, 1. συνοχὴν ἔταξεν ἐφ' ἡμᾶς; nunc *congressum hostilem,* vt Apollon. Rhod. I, 160. ἐνὶ ξυνοχῇ πολέμοιο. Hesychius: συνοκωχὴ (quod idem est, quod συνοχὴ), νόσος, λοιδορία, μάχη. Si quis ferre potest aequo animo, Euripidem in odio esse virorum, non mulieres in odio Euripidis, is hunc sensum elicere poterit ex vulgata lectione ἐκ συνοχῶν. Sensus verborum καὶ παντ. μῖσ. κτ. ἐκ συνοχῶν πάσας ἀμφὶ γυναῖκας est: *et qui omnium in se conuertebat odium propter animi anxietates inter omnes mulieres* (ex sententiarum acerbitate ortas); vel: *qui omnium odium incurrit propter conuicia* (λοιδορία ap. Hesych.), *quae omnes circumuolitabant mulieres* (πάσας ἀμφὶ γυναῖκας); vel: *qui omnium odium incidit propter congressus* (rixas, altercationes) *cum mulieribus;* sed hic fortasse esse deberet σὺν γυναιξὶ pro ἀμφὶ γυναῖκας; vel: *qui odium omnium subiit obsidionibus, qui-*

bus cinctas tenebat mulieres omnes (h. conuiciis, quibus vbique eas petebat, vt, qu cunque se verterent, aculeos Euripidis inci rerent); vel: *qui in omnium peruenit odiu quia cum omnibus de mulieribus omnibus arenam descendebat* (συνοχή, μαχή seq. ἀμ cf. vs. 68.) h. e. cum defensoribus feminei sex pugnabat; vel: *qui omnium sibi conciliau odium propter anxietates animi* (συνοχή, ἀδ μονία, ταραχή Gloss. in N. T. Albert.), *qu propter omnes mulieres* (sale Euripideo def catas, et eo aegrimonia adducsas, vt metue dum esset, ne suspendio vitam finirent, aut morbum letalem inciderent) *erant perfere dae;* vel: *qui in omnes* (viros) *odium su ceperat* (μῖσος κλώμενον) *propter obsidione quibus omnes cingerent mulieres* (h. e. quo fores amicarum occuparent, et per integr noctes excubias agerent, dominasque, vt intromitterent, precibus defatigarent, et aedes quasi obsiderent); vel denique: *q omnes odio habebat angorum animi caus quibus propter omnes mulieres se teneri p tiebantur* (h. e. qui nimios feminei sexus aes matores, qui, si quid durius in mulieres d ctum erat, statim metuebant, ne quid ipsis a cideret, et in summa versabantur animi a gustia, ferre plane non poterat); qui postren explicandi modi ea de causa prioribus fu praeferendi, quod odium Euripidis in actior ponunt, et obliqua ratione ad mulieres ips extendunt, quum, qui odio persequitur defe sores mulierum, aut feruidos sexus illius am tores, is non possit, quin ipsas mulieres oderi Haec explicationis pericula; in quibus qua

coact



coacta ſint omnia, quam torta, quam male cohaerentia, non eſt, quod pluribus exponam. Vnusquisque, qui a ſenſu veri non abhorret, mecum conſentiet, in his neminem poſſe acquieſcere. Omnes igitur has explicandi rationes reiicio; reiicio etiam correctiones, praeter vnam, quam veriſſimam eſſe, meliori, quae nunc ſuccurrit, explicatione probabo. Scribo, vt ante plures iam feci annos: *καὶ πάντων μῖσος κλώμενον ἐκ ςονύχων πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. ςόνυχες*, vt paulo ante dictum eſt, ſunt cuſpides cuiusuis generis; inter alia *extremitates vnguium.* Heſychius: *ςόνυχες, τὰ εἰς ὀξὺ λήγοντα, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων.* Per ſynecdochen eſt *ἐκ ςονύχων* idem quod *ἐξ ὀνύχων. ἐξ ὀνύχων* autem eſt locutio prouerbialis, et ſignificat: *a prima inuentute, a teneris annis.* Cicero ad Diuerſ. I, 6. *Praeſta te eum, qui mihi a teneris, vt Graeci dicunt, vnguiculis es cognitus.* Ita apud Plutarch. de Puer. educ. Cap. V. *Συμπαθέςερον τε γὰρ θρέψουσι (μητέρες), καὶ διὰ πλείονος ἐπιμελείας, ὡς ἂν ἔνδοθεν, καὶ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐξ ὀνύχων* (addunt edd. nonnullae *ἁπάλων*, ſed Ald. Baſ. aliae omittunt) *ἀγαποῦσαι τὰ τέκνα* Gregor. Nazianz. Orat. XXXX. p. 648. B. *ἐκ βρέφους ἁγιασθήτω, ἐξ ὀνύχων καθιερωθήτω τῷ πνεύματι. μῖσος κλᾶσθαι* eſt *ſuscipere odium in aliquem.* Thucydides I, 42. *καὶ οὐκ ἄξιον, ἐπαρθέντας αὐτῷ, φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ οὐ μέλλουσαν πρὸς Κορινθίους κλήσασθαι. Πάντων* connectendum eſt cum *πάσας ἀμφὶ γυναῖκας*, *qui omnium in omnibus mulieribus odium ſusceperat a teneris vnguiculis; qui omnia in omnibus mulieribus exoſus erat.* Ita Cic. ad Diuerſ. XV, 17. *πάντα*

περὶ

περὶ πάντων. Id. in Anton. II, 30. *Ex omnib omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullu audiui.* πάντων μῖσος est odium *in* omnia; i Thucyd. I, 96. Παυσανίου μῖσος; Eurip. Hipp 1257. ἀνδρὸς μῖσος. Haec correctio est lenil ma: etenim ex ϛονύχων poterat facile fieri, a hibito praesertim ϛ pro σ/, σονύχων, et ex h per transpositionem, quia vox sine sensu er συνοχῶν, vel ϛυνόχων scriptum erat, quod, intelligeretur, in συνοχῶν mutatum; et sensu praebet expeditum, facilem, et cum praec dentibus ac consequentibus congruentem: *Ai illum etiam cautum semper virum, qui omnia in omnibus mulieribus odio a tene vnguiculis suscepto flagrabat, quum a cur percussus esset arcu, nocturnis aerumnis n vacasse.*

Vs. 65. κατενίσσατο λαύρας. Hesychiu λαύρα, ϛενὴ ὁδὸς, ἢ ἄμφοδος, δι' ἧς λαοὶ ῥέου ἤτοι φέρονται. Vid. Hom. Odyss. χ, 128. Pi dar. Pyth. VIII, 123.

Vs. 66. Αἰγεινὼ. Vulgo: Αἰγείων, quod hili est. Casaubonus scribit: Ἀργείην, quo notante Ruhnkenio, nomen proprium est, ap Theocrit. Idyll. XVII, 53. Apollodor. I, 9 hoc equidem facilis sim. Contextus amic nomen postulat. Ego transpositis literis de Αἰγεινὼ, vt Θεανὼ, Κελαινὼ, Κρινὼ, Δεινὼ, Σθε alia, habemus.

Vs. 67. εἴσεκε τοι δαίμων. In MS. Vene τοι deest. Idem εὖρε τ' habet pro εὗρεν.

Vs. 68



Vſ. 68. ἀμφὶ βίου. Sic dicunt Graeci περὶ ψυχῆς μάχεσθαι, τρέχειν cet. vid. Homer. Iliad. χ, 161. Odyſſ. ι, 423. χ, 245. Herodot. IX, 36. Xenoph. Memor. III, 12, 1. Notum eſt, Euripidem, quum tres annos in Macedonia vixiſſet, in magno habitus apud regem honore, in itinere aliquo in canes neſcio cuius incidiſſe, et ita laceratum ab iis eſſe, vt paulo poſt moreretur. Sunt, qui narrent, Promeri, aulici cuiusdam canes ab ipſo domino ex inuidia ei immiſſos; alii volunt, Dianae canes fuiſſe, qui ei ex templo deae reduci obueniſſent; alii alio modo rem narrant. Hermeſianax nullius hominis malitiae, ſed fati neceſſitati tribuit, quod a canibus Euripides periit. Hanc de morte Euripidis narrationem refellit Addaeus, Anal. Brunck. T. II. p. 242.

Οὔ σε κυνῶν γένος εἶλ', Εὐριπίδη, οὐδὲ γυναικὸς
οἶστρος, τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον,
ἀλλ' Ἀίδης καὶ γῆρας· ὑπαὶ Μακέτῃ δ' Ἀρεθούσῃ
κεῖσαι, ἑταιρείῃ τίμιος Ἀρχέλεω.
σὸν δ' οὐ τοῦτον ἐγὼ τίθεμαι τάφον· ἀλλὰ τὰ Βάκχου
εἵματα, καὶ σκηνὰς σῇ ὀπὶ πειθομένας.

Vſ. 69. ἀνεθρέψαντο. Ita repoſuit Heringa Obſeruat. Cap. XXXI. p. 284. pro vulgato: ἀνετρέψαντο, quod ſenſu caret.

Vſ. 70. λωτοῦ πιστότατον ταμίην. Sic κώμων ταμίης ap. Pindar. Iſthm. VI, 84.

Vſ. 71. παιδευθέντα Φιλόξενον. Adrian. Heringa l. c. p. 284. malit legere: παιδόθεν ὄντα. Sed, quod vulgatur, melius eſt.

Vſ. 72.

Vſ. 72. ὠρύγῃ. Adr. Heringa l. c. ver
oeſtro. Sed ὠρυγὴ ab Heſychio explicatur φ
θόρυβος. κυρίως δὲ ἡ τῶν κυνῶν φωνή. Vere
Ruhnkenius, ne poeta aliud quid ſcripſe
At vana haec ſuſpicio eſt, ſi, vt fieri debet, n
latratum canum intelligimus, ſed vlulatum, *a*
Heulen, Winſeln. Sic verbum ὠρύεσθαι
Lucian. Dialog. Mortuor. X. T. II. Bip. p. r
ἀλλ' ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομέν
οἴκτιστον ἐπ' ἐμοί. Ergo τιναχθεὶς ὠρυγῇ eſt *c*
quaſſatus, confectus planctu, et quere
amaris, abgewinſelt. Male diſtinxit Rul
kenius ante οἷα puncto; eſt enim in conſt
ctione nota illa Graecorum heteroſis caſuu
quam, etſi rarius, etiam apud Latinos re
rias: ſine hac heteroſi ita fluere deber
verba: γιγνώσκεις δὲ, οἷα ἀνὴρ Κυθέρηθεν, ὃν α
θρέψαντο τιθῆναι Μοῦσαι, παιδευθέντα Βακχ
καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην, Φιλόξενος, τιναχθ
ὠρύγῃ ταύτης διὰ πτόλεως ἦλθε. ταύτης πτόλι
intellige Colophonem. Poſt haec verba vul
interpungitur. Peſſime!

Vſ. 74. αἴουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατε
αὐτοῖς μηλείοις θῆκαθ' ὕπο προγόνοις. Vulgo
gitur: γιγνώσκει καίουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλ
τείης αὐτοῖς Μηλείοις θῆκαθ' ὑπὸ προγόνοις. N
Venet. peius: γιγνώσκει καὶ ῥῦσαν μέγαν πόθ
Heringa Obſeru. p. 284. corrigit,

γιγνώσκεις, κλείουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατε
αὐτὸς μηλείης θῆκαθ' ὑπὸ προγόνοις.

Cuius correctionis ſenſum ita indicat; *quan*
oeſtro agitatus fuerit Philoxenus, nouiſ
lauda



laudans amorem, quem ipse Galateae agnis inesse finxit. Sed melius Ruhnkenius vnius tantum literae mutatione locum sanauit: γιγνώσκεις, ἀίοισα μέγαν πόθον. In reliquis bene Heringa, praeterquam quod αὐτὸς pro αὐτοῖς scripsit; vnde non mirum est, Heringam locum non intellexisse, et Ruhnkenium de obscuritate conquestum. Verba ita sunt struenda: ἀίουσα μέγαν Γαλατείας πόθον, ὃν αὐτοῖς μηλείοις ὑπεθήκατο προγόνοις, h. e. *audito magno illo Galateae desiderio, magno in Galateam amore, quem ipsis adeo ouium primogenitis fetibus inesse finxit.* Nota res est, amatores in carminibus, pulchritudinem amicarum celebrantes, dicere, pecudes adeo ipsas desiderium earum sentire. Res ita se habet. Philoxenus, quum in aula versaretur Dionysii tyranni, tibicinam amabat, cui nomen Galatea; sed riualem habebat ipsum Dionysium. Philoxenus tamen morum elegantia et celebritate ingenii plus potuit apud virginem, quam tyrannus rerum opulentia et splendore imperii, quare citius etiam amore eius potitus est. Dionysius, aegre ferens, vitiatam esse a Philoxeno puellam, et pluris factos esse ab ea illius amplexus, quam suos, auctorem culpae in Latomias coniecit; ibi hic carmen composuit, quod Cyclops inscriptum erat, in quo Polyphemi partes Dionysio, Galateae illas amicae suae, tibicinae, et Vlyssis sibi ipsi tribuit. Haud dubie cantantem fecit Cyclopem, sicut Theocritus Idyll. XI. et Ouidius, Metam. XIII, 789. seqq., et inter alia commemorantem, ouium agnis primogenitis summum esse dominae desiderium. Hae spreti amatoris laudes illustrabant puellae pulchritu-

chritudinem, ostendebant, quam eſſet lis, quam omnium in ſe oculos conue prodebant adeo amorem poetae, auctoris nis, qui, quum ipſe amaret, omnia amare vellet. Sed locum Athenaei, vn haec petita eſt, ipſum ſubiiciam, lib. I. ἐπεὶ δὲ Φιλόξενος τὴν ἐρωμένην Γαλάτειαν ἐ διαφθείρων, εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη, ποιῶν τὸν Κύκλωπα, συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς αὐτὸν γενόμενον πάθος, τὸν μὲν Διονύσιον Κι ὑποστησάμενος· τὴν δ' αὐλητρίδα, Γαλάτεια τὸν δ' Ὀδυσσέα.

Vſ. 75. ὃν Εὐρυπύλου πολῆται, Κῷοι κειον θῆκαν. Philetas e Co erat oriundi tria Apellis et Hippocratis, et poemat tantam famam conſecutus erat, vt Coi ſeruandae memoriae cauſa, aeneum eum rent. Sunt quidem de patria Philetae d opiniones, quum alii Rhodium eum fui Samium tradant; ſed Hermeſianax eam tur, quam plurimi fouent, fuiſſe Coun Perizon. ad Aelian. V. H. IX, 15. Re Notit. Poetar. Anthol. v. Φιλητᾶς. Schn Analect. Crit. Faſcicul. I. p. 5. ſeq. Harle Gr. Fabric. T. III. p. 874. Εὐρυπύλου π ſunt Coi, ciues Eurypyli, filii Herculis, Co inſula regnauit. Iliad. β, 677 Κῶν λοιο πόλιν. Propert. IV, 5, 23.

Eurypylisque placet Coae textur
neruae.

Sicut hic Εὐρυπύλου πολιῆται, ita apud A S. c. Theb. 1. Κάδμου πολῖται. Ineſt in ha pel



pellatione significatio quaedam gloriae antiquae, et dignitatis.

Vs. 76. ὑπὸ πλατάνῳ. Haec verba cum Ruhnkenio a θῆκαν distinctione separaui, vt cum μολπάζοντα coniungantur. Poetae, inquit Ruhnkenius, vmbram sectantur.

Vs. 77. Βιτ7ίδα. „*Battidem* Philetae amicam vocat Ouidius Trist. I, 6, 2. *Nec tantum Coo Battis amata suo est.* III, ex Pont. 1, 58. *quo non inferius Coa Battide nomen habes.* Quem secutus Scaliger ad Propert. III, 7, 44. Βατ7ίδα in Hermesianacte legit. Βίτ7ις tamen, Βιτ7ὼ, et Βίτ7ιον vsitata mulierum nomina sunt, e. g. apud Antipatrum Anthol. III, 12. p. 331." *Ruhnk.*

Ibid. περὶ πάντα Φιλητᾶν ῥήματα. Vulgo pro ῥήματα scribitur πήματα, quod esset: *circa omnes calamitates atque aerumnas*, pro ἐν πᾶσι πήμασι. Sed quo illud referendum, ad poetam, an ad eius amicam? Tolerabilius est, si ad poetam refertur, vt velit poeta, eum aerumnis agitatum sub platanum confugisse, et amicae laudibus intentum doloribus se liberasse. Sed quid sibi volunt sequentia: καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν? Monet Ruhnkenius, λαλίην in bonam partem pro στωμυλία sumi. Leonidas Anthol. III, 6. p. 312. ἰθῦναι κοινὴν εὐκυλίκην λαλιήν. Epigramma apud Gruter. p. 607. 4. ἡ λαλίη φαιδρή τε χελίδονις. Meleager Anal. Brunck. T. I. p. 27. ὅτι τᾶς φιλέρωτος Ζηνοφίλας ψαύει τοῦ λαλίου στόματος. Ergo ῥύεσθαι πᾶσαν λαλίην esse debet: *omnem eloquentiam attrahere,*

here, h. e. *omnem eloquentiam effund*
et cum praecedentibus ſententia erit h
ſcis, *Philetam in omnibus caſibus adu*
ſub platano celebraſſe Bittidem celeren
omnem, *qua pollebat*, *effudiſſe facundi*
Sed vereor, vt alius Graecorum dixerit ῥύε
πᾶσαν λαλίην. Praeſtat igitur ex coniec
Scaligeri ad Propert. III, 7, 44. legere ῥήμ
pro πήματα; quam coniecturam confirmat
Mediceus et Venetus. Nunc ſenſus eſt ve
rum: *ſcis*, *Philetam ſub platano agi*
membra (θοὴν) *celebraſſe Bittida*, *vt in*
fabulationibus qualibuscunque (περὶ πι
ῥήματα) *ſe gerebat*, *et dulcem eius gari*
tatem (λαλιὴν) *ita expreſſiſſe*, *vt ipſan*
puellam loquentem audire putares (ῥυόμι
ῥύεσθαι, quod alias valet, *tueri*, *retinere*,
de loquacitate amicae erit, *eam in carn*
retinere, loquacitatem in carmine imitari.
quidem interpretatio non ſuccurrit; niſi f
placuerit ῥυόμενον cum Βιττίδα coniungere:
omnia verba eam trahere et per omi
ſermonem, h. e. *nihil niſi Bittidem crep*
in omni carmine. Sed deſidero aliquid;
eſt dolor, quo agitari debuit Philetas, ſic
amator. Quid multa? poeta ſcripſit: περὶ
τα Φιλητᾶν ῥήματα, καὶ πᾶσαν μυρόμενον λα
Senſus totius loci eſt: *Noſti etiam illum*
tem, *quem Eurypyli ciues*, *Coi*, *aere*
poſuerunt, *Philetam*, *quum Bittida ca*
ret agilem ſub platano, *ad omnia ver*
et per omnem facundi oris ſermonem,
tum fudiſſe amarum.

VI.

Vſ. 79. ὁπόσοι σκληρὸν βίον ἐστήσαντο. Conſtructio eſt: ὁπόσοι ἀνθρώπων ἐστήσαντο βίον σκληρὸν, μαιόμενοι cet. ἵστασθαι βίον eſt *vitam inſtituere*, vt ἱστάναι χόρον Ariſtoph. Nub. 262. coll. Hermeſianact. 58. In vulgatis interpungitur poſt ἐστήσαντο. Male.

Vſ. 80. σκολιὴν μαιόμενοι σοφίην. σκολιὴ σοφίη *praua ſapientia*, vt Heſiod. ἔργ. 250. σκολιαὶ δίκαι, quae opponuntur δίκαις ἰθείαις vſ. 225. Apud Strabon. l. XIV. p. 640. σκολιὰ ἔργα de artis operibus legitur, in quibus artifices, a veritate et naturae legibus recedentes, duritiem quandam induxerunt. Vid. Winckelmanni *Geſch. d. Kunſt* T. I. p. 19. Non vero putandus eſt poeta veram philoſophiam a praua illa atque peruerſa philoſophandi methodo ſophiſtarum, Socratis aeuo inter Graecos obtinente, diſtinctam voluiſſe; ſed poeta, vt poeta loquitur, h. e. infeſtum vel vere, vel ſimulate, oſtendit philoſophis animum. Omnis philoſophia, ne illa Socratis quidem excepta, σκολιόν τι ei videtur eſſe. Etenim omnia fere, ad quae homo natura impellitur, et quae fidibus tam iucundam ac ſuauem praebent materiam, illa vetat, atque poeſin amoeniſſimas regiones, et prata florum varietate diſtincta relinquere iubet, et in ſpinoſos ſaltus, Muſis non habitabiles, ſe recipere. Quod poeta noſter ſubtilius et cum decentia philoſophis obiicit, id Ariſtophanes, plebis fauorem captans, pleniori bucca effutit, Nubb. 100. ſeqq. vocans eos μεριμνοφροντιστάς, ἀλαζόνας, ὠχριῶντας, ἀνυποδήτους. Hermeſianactem aemulatur Propertius II, 25, 23.

Sed

Sed nunquam vitae fallet me ruga se
Omnes iam norunt, quam sit amare

Vſ. 81. οὓς αὐτὴ περὶ πικρὰ λόγοι ξατο μῆτις. Senſus eſt: *quos ipſa pr acerbis rationum et praeceptorum conſtrinxerat.* πικρὰ eſt plur. neut. pr bio: *amare*, h. e. *in magnam ipſori ſe ſapienter iactabant, moleſtiam.* tmeſin ab ἐσφίγξατο diuulſum.

Vſ. 82. καὶ δεινὴ μύθων κῦδος ἔχουσ H. e. *quae ſermonibus celebratur ho* Theognis vſ. 100.

κυδίστην ἀρετὴν τοῖς συνιεῖσιν ἔχει.

Pindar. Pyth. IX, 133. ἀρεταὶ δ' αἰεὶ πολύμυθοι. Poeta innuit, virtutis ſtudic in magnis philoſophis laudare et magn ſolremus, laudis etiam ſtudium et gl immiſcere. Recte Cicero pro Archia *Neque enim hoc eſt disſimulandum, obſcurari non poteſt; ſed prae nobis dum; trahimur omnes laudis ſtudio; e mus quisque maxime gloria ducitur. illi philoſophi, etiam illis libellis, q contemnenda gloria ſcribunt, nomen inſcribunt; in eo ipſo, in quo praedi nem nobilitatemque deſpiciunt, prae de ſe, ac nominari volunt.* MS. Ven κῦδος habet κῆδος, quod non omnino ſp dum, ἀρετὴ μύθων κῆδος ἔχουσα eſſet, v ronis verbis vtar, *quae praedicari de nominari vult;* quae famam poſteritatis

σκηπτοφόρου σοφίας ἤνιδε ποσσὶ πατῶ. Cete
ne quis forte offendatur κακοφωνείᾳ voc
δεινὸς ter repetiti, vſ. 83. 84 et 85. notar
eſt, ſtudio id fieri a poeta. δεινὴ eſt ἀρετ
δεινὸς etiam ἔρωτος κυδοιμὸς; δεινὸς ἡνίοχος
Amor. Terror terrorem ſubigit.

Vſ. 85. Θεανοῦς. Vid. Stanlei. Hiſtor. Pl
p. 695. et quem laudat Ruhnk. ad h. l. l
lei. c. Boyl. p. 37.

Vſ. 86. ἑλίκων κομψά. ἕλιξ in geom
eſt linea in circuli modum circumducta,
in ſe rediens, ita vt capreoli formam (ἕλ
referat *(Schneckenlinie)*; in architectur
pars capituli columnarum Ionicarum, q
volutam (Schnörkel) appellat Vitruuius l
III, 3. alibi. Poeta dicit has lineas κομψὰ
venuſtas; quo indicat ſplendidas eas eſſe m
tanto ſtudio atque animi intentione, quan
quirerent, indignas. In hac ſignif. adhi
Plato vocabulum in Gorg. p. 297. ἄλλοις
κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φ
εἶναι, εἴτε φλυαρίας; vid. Ruhnken. ad T
Gloſſ. Plat. p. 117. ſeq.

Vſ. 88. ἀπομασσόμενον. Ita Hemſterht
adſtipulante Wyttenbachio, pro vulg. ἀπο
σσόμενον ἀποτάσσεσθαι eſt certum militum nu
rum eligere ad aliquam expeditionem, q
dicitur Francogallico *détacher*. Hoc loc
minus foret aptum. ἀπομάσσεσθαι dicitur d
gillis cera expreſſis, quum figura ſigillo
ſculpta in cera comparet: quod quam ap
h. l. ſit, nemo non videt: *Siderum cur*
Pyt

Pythagoras in paruo globo expressit, vt tanquam in cera repraesentaretur. Tribuitur Pythagorae, quod alias Anaximandro. vid. Bruckeri Hist. Crit. Philos. T. I. p. 480.

Vs. 89. οἵῳ δ' ἐχλίηνεν, ὃν ἐχρῆν ἔξοχον εἶναι. Vulgo editur: οἵῳ δ' ἐχλειημένον ἔξοχον ἐχρῆν . . . εἶναι πολλῶν δ' ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ. Adr. Heringa Obseru. c. 31. p. 281. corrigit:

οἵῳ δ' ἐχλίηνεν, ὃν ἔξοχον ἐχρῆν εἶναι
πολλῶν ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ.

Sed recte Ruhnkenius, de iudicio Santenii, vocum ἐχρῆν et ἔξοχον sedes permutauit, vt versus lenius caderet. In Codice Veneto εἶναι ex suo loco ante Σωκράτη migrauit. πολλοὶ ἄνθρωποι sunt *vulgus*, qui saepe etiam οἱ πολλοὶ dicuntur. Plato Polit. IV. p. 448. A. οἴονται τῇ ἀληθείᾳ πολιτικοὶ εἶναι, ὅτι ἐπαινοῦνται ὑπὸ τῶν πολλῶν. Aeschines Socrat. Dial. III, 6. φροντιστὴς ὢν, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς τοὺς πολλοὺς τῷ νῷ διαφέρων. Hos locos laudauit Ruhnkenius, quibus Phoenicem Coloph. ap. Athen. XI. p. 495. E. addamus, quem Heringa excitauit.

Θαλῆς γὰρ ὅστις ἀστέρων ὀνήϊστος
καὶ τῶν τόθ' ὡς λέγουσι πολλῶν ἀνθρώπων
ἐὼν ἄριστος, ἔλαβε πελλίδα χρυσῆν.

Vs. 92. κουφοτέρας ἐξεσόβησ' ἀνίας. Vulgo: κουροτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας. Pro κουροτέρας praeclare Codices Venetus et Mediceus κουφοτέρας. κουφότεραι ἄνιαι sunt curae, quibus agitantur aman-

 tes,

tes, quae ſunt quodammodo iucundae, et lev
Theocrit. Idyll. XVII, 52.

μαλακοὺς μὲν ἔρωτας
προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμν

Propertius, vel Theocritum, vel Herme
nactem imitatus II, 9, 4.

et leuibus curis magna perire bona.

Sed quid eſt ἐξεπόνησε? ſi quem hoc verb
admittit ſenſum, is hic eſt: *labore aegritu
nem animi et amoris aeſtus leuauit et
preſſit.* At Socrates non adhibuit illud rei
dium οἴκι' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος. Deinde
mis graue verbum ἐκπονεῖν pro re leui, και
τέραις ἀνίαις. Ruhnkenius coniecit ἐξεφόρ
quod certe poſſet intelligi; ſed recurrit hoc v
bum vſ. 98. Aliquando nobis placebat ἐξε
ρησε, *tornando eiecit,* vt ap. Hom. H.
Merc. 42. γλυφάνῳ αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκώοιο
λώνης. Alio tempore defendebamus ἐξεκόρ
ἐκκορεῖν ſignificat *purgare, ornare, ſordes a
tergere.* Moſchopulus ad Heſiod. ἔργ.
κορεῖν — τὸ καλλωπίζειν καὶ κοσμεῖν. Proclus
eundem poetae locum: τὸ κοσμεῖν καὶ καλλύ
οἱ παλαιοὶ κορεῖν ἔλεγον. Heſych. κορεῖν, κοσμεῖν, κα
αἴρειν. ἐκκορούσι, φθείρουσι ἐκκαλύνουσιν. Euſta
ad Iliad. p. 951. l. 41. ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οἱ Ἀ
τικοὶ ἀκόρητόν φασι τὸ ἀκαλλώπιστον καὶ ἀφιλο
λητον, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, βίον ἀ
ρητον εἰκῆ κείμενον (Nub. 44.). τοῦ δὲ τοιού
ἀκορήτου θέμα τὸ κορῶ. ἐξ οὗ ἐκκορεῖν Ἑλλά
ἡ κωμῳδία λέγει, τὸ ἐκκενοῦν καὶ καθαίρειν ε

καὶ ἐσαρoῦτo κατὰ τὰς φιλεκκλουμένας οἰκίας. Proprie legitur verbum ap. Theophrastum Charact. XXII, 4. ἐκκορῆσαι τὰς κλίνας, triclinia abstergere, ornare. Tropice ap. Aristoph. Pac. 59. quem locum respicit Eustathius: μὴ 'κκόρει τὴν Ἑλλάδα. Cic. Verr. II, 21. quod fanum, quod non euersum atque extersum reliqueris. Alciphr. Epistol. I, 37. ἔστι σοι παρασθὲν, ὡς φὴς πολλάκις ἐφ' ἡλικίας φίλτρον τοιούτου τινὸς βοηθήματος δεόμεθα, ὃ τὸν πόλυν αὐτοῦ τύφον, ἀλλ' οὖν καὶ τὴν κραιπάλην ἐκκορήσειεν. Hinc esset ἐκκορεῖν ἀνίας ἐκ βαθείης ψυχῆς: curas ex altis animi recessibus extergere, animumque expurgare. Simili fere tropo legitur σαίρειν vel σαροῦν, quod tamen valde differt a κορεῖν, in N. T. Matth. XII, 44. Luc. XI, 25. Nunc tamen mihi persuasum est, poetam scripsisse, quod restituimus, ἐξεσόβησ'. ἐκσοβεῖν pr. de auibus dicitur, abigere; deinde ad alias res transfertur, vt ap. Paulum Silent. c. 34. Anal. Brunck. T. III. p. 81.

ἐγὼ ξανθίσμασι χαίτης
ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον.

Anacreon ex certissima correctione Pauii et Brunckii Od. XXXIII. 18. seq.

οὐ γὰρ σθένω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκσοβῆσαι.

Vulgo legitur ἐκβοῆσαι. Ad κουφοτέρας ἀνίας nihil aptius est: *ex altis animi recessibus leviores abegit curas, dum Aspasiae frequentaret*

taret Lares. Simili sententia dixit Melea[g]
carm. 3.

ἐκκρούειν συγερὰν ἐκ κραδίας ὀδύναν.

Vſ. 94. λόγῳ πολλάς. Heringa Obſe
cap. 31. p. 281. reſcripſit λόγων, quem ſecu
eſt Ruhnkenius. Tuendam tamen ego arbit[r]
vulgatam lectionem λόγῳ, quum eodem tend
quo λόγων; modo pro datiuo commodi, qu
dicunt, non pro datiuo inſtrumenti capiat
λόγος ſignificat h. l. *colloquia philoſophi[c]*
disputationes. Sic λόγος pro colloquio Ariſto[ph]
Eq. 806. κἀς ςεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθοι. vſ. 13
φασὶν ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις ἐς λόγ
At Nub. 252. καὶ ξυγγενέσθαι ταῖς Νεφέλα
ἐς λόγους. Senſus eſt: *Neque finem in*
niebat amoris, is, qui disputationis mul
nouerat exitus. Propert. II, 12, 29.

Errat, qui finem veſani quaerit amoris.
Verus amor nullum nouit habere modum.

Vſ. 95. πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ δεινός. Vul[g]
πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ δεινόν. Sed bene repo[s]
Ruhnkenius δεινός. MS. Venet. non habe[t]
poſt Κυρηναῖον.

Vſ. 96. ὅτ' Ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο. Vu
pro Ἀπιδανῆς ſcribitur ἀπιδανῆς, quod ve
Dalechampius *Theſſala.* MS. Venetus,
ἰδανῆς. Ruhnkenius corrigit: ὅτ' εὐπιθανῆς Λ
δος ἠράσατο. Aſclepiades Analect. Brunck. T
p. 214. Ἑρμιόνῃ ποτ' ἐγὼ πιθανῇ συνέπαι[ζ]
Dioſcorides ibid. p. 494. ἡ πιθανή μ' ἔτρ
Ἀριστο



Ἀριστονόη. Satis haec ingenioſa coniectura eſt; ſed nimis recedit a veſtigiis ſcripturae vulgatae. Placuit mihi aliquando ſcriptura MS. Veneti: ἀπ ἰδανῆς. Ἰδάνη ab Heſychio exponitur τρυφερὰ, εὐπρεπὴς. Ἰδανὸν, εὐειδὲς, καὶ τὸ ἡδύοσμον. ἴδας εἶδος. ἰνδάλιμον, εὐειδές. Eſt haec forma nominum et adiectiuorum ab ἴδω pro εἴδω; apparet etiam in compoſitis v. c. ἀϊδανὲς. Ergo ἰδανῆς Λαΐδος recte ſe haberet. Ex ἀπ᾽ feceram ἀντ᾽, ita vt verſus ſic legeretur:

δεινὸς, ὅτ᾽ ἀντ᾽ ἰδανῆς Λαΐδος ἠράσατο.

ἀντεράω ſignificat *riualem eſſe in amore;* obiectum amoris poſtulat, vt alias etiam, ſecundum caſum, ſed perſona, cui riualis datur, tertium. Lucian. Muſcae Encom. p. 330. T. VII. Bip. Φησὶ δὲ ὁ μῦθος καὶ ἄνθρωπόν τινα Μυῖαν τὸ ἀρχαῖον γενέσθαι πάνυ καλὴν, λάλον μέντοι γε καὶ στωμύλην, καὶ ᾠδικὴν, καὶ ἀντερασθῆναί γε τῇ Σελήνῃ κατὰ τὸ αὐτὸ ἀμφοτέρας τοῦ Ἐνδυμίωνος. Euripides Rheſ. 184.

καὶ μὴν ἐρῶντί γ᾽ ἀντερᾷς ἵππων ἐμοί.

Si ſine datiuo adhibetur, eſt ἀντερᾶν et ἀντερᾶσθαι ſimpliciter *inter riuales eſſe*, vel *riualem eſſe in amore.* Hoc autem optime caderet in Ariſtippum Laida amantem, quae plures habebat amatores, philoſopho Cyrenaico non incognitos. Nam Athenaeus narrat XIII. p. 588. quum increpaſſet eum ſeruus, quod tantum huic ſcorto dediſſet pecuniae, quae cum Diogene cane gratis volutaretur, eum reſpondiſſe: ἐγὼ Λαΐδι χορηγῶ πολλὰ, ἵνα αὐτὸς

αὐτῆς

αὐτῆς ἀπολαύω, οὐχ ἵνα μὴ ἄλλος. Idem r
eodem loco: Diogenem dixiſſe Ariſti
quum conſuetudinem haberet cum amic:
ipſo amata, neceſſe eſſe, vt aut deſiſteret
Cynicus fieret. Ariſtippus reſpondit: ἄρ
μήτι σοι ἄτοπον δοκεῖ εἶναι, Διόγενες, οἰκίαν ο
ἐν ᾗ πρότερον ᾤκησαν ἄλλοι; οὐ γὰρ ἔφη.
ναῦν, ἐν ᾗ πολλοὶ πεπλεύκασι; οὐδὲ τοῦτο,
οὕτως οὖν οὐδὲ γυναικὶ συνεῖναι ἄτοπον
ᾗ πολλοὶ κέχρηνται. Senſus i
eſſet: *quum Laidis formoſae ama
bus riualis eſſet, acutus Ariſtippus.* I
tamen aliter de hoc loco ſtatuo. In vu
lectione ne iota quidem muto. Ἀπιδανὸ
nomen gentile; quod Dalechampius iam ſ
quum verterit, *Theſſalam.* Eſt ſcilicet ſl
Theſſaliae huius nominis; vid. Herod.
129. 130. Ouid. Met. VII, 228. Hinc p
vit, fieri poſſe, vt Ἀπιδανὸς ſignificaret *Th
lum*, et Ἀπιδανὴ *Theſſalam.* Apud Call
chum Hymn. in Iou. 14. occurrunt Ἀπιδ
vel poet. Ἀπιδανῆες, vbi Schol. οἱ ἀρχαῖοι
καδες. Dionyſius Perieg. 415.

Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθι

ad q. l. Euſtathius: τοὺς δὲ Ἀρκάδας ὁ Διον
μὲν Ἀπιδανῆας καλεῖ, οἱ νεώτεροι δὲ Ἀπι
κατὰ τὸν γεωγράφον (Strab. lib. VIII.) ἀπὸ
Ἄπιδος, οὗ ἡ γενικὴ καὶ Ἄπεως. — οἱ δὲ φασι
Ἄπις ὁ Φορωνέως ἐκ τοῦ Ἠπείρου ἐλθὼν ἀπήλ
τὴν Πελοπόννησον ὄφεων ὀχλούντων, καὶ ᾤκησε
τὴν Ἀρκαδίαν. ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ Πελοπόννησος ὅλη, Ἀ
ἐκλήθη ποτέ. καὶ δι᾽ αὐτὸν Ἀπιδανῆες ἐξαιρέτ
Ἀρκάδες, παρ᾽ οἷς ὁ Ἄπις ᾤκησεν. οὗ καὶ Αἴσχ
(Suppl. 270.) μέμνηται, εἰπών,

Ἆπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας.

καὶ Ἀῤῥιανὸς (l. Ῥιανὸς) δέ φησι

— — — κλυτὸς Ἆπις
ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε, καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.

Iam constat Laidos patriam incertam esse; alii Corinthiam esse volunt, alii Hyccaris, quod est Siciliae oppidum, oriundam, et Corinthum captiuam venditam; vid. Pausan. II, 2. p. 115. et Athen. XV. p. 588. Assumi ergo posset, Hermesianactem aliam secutum esse traditionem, ex Arcadia fuisse Laidem. At non necesse est. Pausanias affert lib. II, 5. p. 123. quae Sicyonii de originibus suis narrabant, vbi inter alia: Αἰγιαλέως δὲ Εὔρωπα γενέσθαι φασίν. Εὔρωπος δὲ Τελχῖνα, Τελχῖνος δὲ Ἆπιν. οὗτος δ' Ἆπις ἐς τοσόνδε ηὐξήθη δυνάμεως πρὶν ἢ Πέλοπα ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν, Ἀπίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Inter successores Apidis commemoratur Marathon, filius Epopei, qui duas sub sua tenuerit ditione ciuitates, Ephyram et Asopiam. Tradito per manus filiis imperio, Asopia ad Sicyonem, Ephyra ad Corinthum deuenit; ab vtroque etiam regio accepit nomen. Vid. Pausan. II, 1. p. 110. coll. cap. 6. p. 114. Has igitur duas ciuitates quum olim Apis coniunctas possederit, facile intellectu est, apud seram posteritatem, et Corinthios et Sicyonios dici potuisse Ἀπιδανούς. Fortasse etiam secutus poeta noster est traditionem, qua Apis quidam Corinthi regnasse perhibebatur. Pausanias commemorat lib. V. cap. 1. p. 376. Apidem Iasonis filium e Pallantio,

lantio, Arcadiae oppido, qui ab Aetolo, Endymionis filio, in ludis in Azanis honorem celebratis, imprudenter interemtus sit. Hic *Apis* apud Apollod. I, 7, 6. est *Phoronei* filius; de quo Lib. II, 1, 1. ait: Ἆπις μὲν οὖν εἰς τυραννίδα τὴν ἑαυτοῦ μεταστήσας δύναμιν, καὶ βίαιος ὢν τύραννος, ὀνομάσας ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον Ἀπίαν, ὑπὸ Θελξίονος καὶ Τελχῖνος ἐπιβουλευθεὶς, ἄπαις ἀπέθανε. Secundum Sicyonios (Pauf. l. ante c. p. 123.) erat Telchin pater Apidis, et Thelxion eius filius. Quid? si ex nominum ac temporum confusione noua orta sit traditio, Apidem Corinthi fuisse regem, et Iasonis filium Thessali, quem Corinthios, Medea suadente, regno praefecisse, narrat Pausanias lib. II, 3. p. 119. Quae de potentia ac fama Argiui Apidis, et Sicyonii narrari scimus, ea narrari potuisse de Apidis Corinthii, filii Iasonis, quis non videt? Poeta noster eodem iure dixisset Laidem Ἀπιδανὴν, quo Propertius, similem doctrinam et antiquitatis cognitionem ostentans, Ephyream dixit, II, 6, 1.

Non ita complebant Ephyreae Laidos aedes,
ad cuius iacuit Graecia tota fores.

Nec vero inepta censenda est H. Stephani ratio, qui in Indice Thes. v. Ἀπιδανεῖς sic scribit: „Ἀπιδανὸν pro Peloponnesio accepit Mimnermus (Hermesianax) ap. Athen. canens, Ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο.. Erat enim Lais Corintho oriunda; quae vrbs est Peloponnesi." Notum est ex Homero ἐξ Ἀπίης γαίης. Iliad. α, 270. γ, 49. et ap. Theocrit. XXV, 183.

οὐ

οὐ μὲν γάρ κε τοσόνδε κατ' Ἀπίδα κνώδαλον εὕροις.

Generalius nomen h. l. ferri poteſt, *Peloponneſia Lais*, quia amator Ariſtippus, Cyrene, quae Africae eſt vrbs, veniſſe dicitur. Optime tamen mihi quidem videtur ratio, ſi Ἀπιδανὸς ex traditione, quam poeta ante oculos habebat, idem eſt, quod Κορίνθιος. Simillimus huic loco eſt, qui ſupra adfuit vſ. 41.

Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος πληγεὶς, Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ.

Nec obiecerit nobis quisquam, melius eſſe, ſi pro gentilitio nomine epitheton legeretur *formam* Laidis commendans: nam ſemper fere nihil niſi nomen a noſtro indicatum inuenimus, Ἀγριόπην vſ. 1. 14. Ἀντιόπην, vſ. 16. Ἠοίην Ἀσκραϊκὴν vſ. 24. Ναννὼ vſ. 37. Λύδην Χρυσηΐδα vſ. 41. Σαπφὼ vſ. 48. Θεωρίδα vſ. 59. Αἰγειναὶ vſ. 66. Γαλατείην vſ. 73. Θεανὼ vſ. 86. Ἀσπασίην vſ. 93. bis tantum epitheto ornatur nomen, Βιττὶς θοὴ vſ. 76. et vſ. 30. πινυτὴ Πηνελόπη. Poſt ἠράσατο vulgo maior ponitur diſtinctio, quam etiam Ruhnkenius tuetur, vt deleto δ' poſt πάσας ita verba cohaererent: Ὀξὺς Ἀρίστιππος πάσας ἠνήνατο λέσχας. At miram habet eiusmodi negligentia in noſtro poeta gratiam, ſi, ſuppreſſo ante hominis nomine, deſcriptionem praemittit, et tum demum nomen ſubiicit; et eo maior illa gratia eſt, quum id in eadem ſit periodo. In procliui eſt ſuſpicio, legi debere ὀξὺν Ἀρίστιππον; [illegible] licet ſenſus maneret, et ordo grammatic[illegible]

cilior esset et cum legibus suis magis congruus, tamen magna pars negligentiae et natae inde gratiae periret.

Vs. 97. πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας φεύγων. Vulgo: πάσας δ' ἠνήσατο. Sed, quam damus loci scripturam, ea est MSS. Veneti et Medicei. λέσχαι sunt *disputationes philosophicae*. Recte connecti iubet Ruhnkenius φεύγων cum ἠνήνατο. Oppianus Cyneg. III, 375.

εἰ δέ κ' ἀνηναμένη φεύγῃ φιλοτήσιον εὐνήν.

Vs. 98. οὐδαμινόν τ' ἐξεφόρησε βίον. Vulgo: οὐδαμένον ἐξεφόρησε βίῳ; quod nemo intelligit. Ex οὐδαμένον leuissima mutatione fecimus οὐδαμινὸν et ex βίῳ, quod congrueret, βίον. οὐδαμινὸς apud Hesychium exponitur οὐδενὸς λόγου ἄξιος, βραχὺς, εὐτελής; et μηδαμινὸς ἄτιμος. ἐκφορεῖν βίον est *vitam degere, vitam peragere;* sic διαφέρειν ap. Euripidem Helen. 9. seq. ὅτι δὴ θεοὺς σέβων βίον διήνεγκε, Sensus igitur est: *omnes reprobauit disputationes philosophicas fugitque, et vitam degit ingloriam atque inertem.* Posset fortasse leuiori etiam correctione placere: οὐδαμινόν τ' ἐξεφόρησε βίῳ, si ἐκφορεῖν acciperetur, *efferre, euulgare,* hoc sensu: *omnes autem reprobauit fugitque disputationes, nihilque, quod memorandum esset* (οὐδαμινὸν, οὐδὲν λόγου ἄξιον) *vita expressit et euulgauit.* Sed praestat prius. Olim ita corrigebam: οὐδ' ἀνιῶν ἐξεφόρησε βίον. Ordo verborum esset hic: οὐδ' ἐξεφόρησε scil. λέσχας, ἀνιῶν βίον, h. e. *nec propagauit, in publicum protulit res philosophicas*

sophicas vitam affligens, h. e. *vita tristi ac seuera.* Verbum ἀνιῶν ap. Homerum producit mediam; sed apud nostrum corripere, docet nomen ἀνίας vs. 92. Correptum etiam legitur in Carmine Aureo Pythagorae vs. 29. Tentaui etiam aliis modis: φεύγων, ἠδ' ἀνιῶν ἐξεφόρησε βίον, *et ex animi angoribus vitam eripuit;* οὐτάμενος τοξοφόροιο βιῷ, *vulneratus Amoris arcigeri neruo;* φεύγειν οὐ δυνατὸν τοξοφόροιο βιὸν, *quum effugere non posset Amoris neruum.* Sed horum nihil verum.

F I N I S

V o l u m i n i s p r i m i.



CAROLI DAVIDIS ILGENII

PHILOS. ET LL. OO. PROF. IN ACAD. IEN. P. O. ET
SOCIET. LAT. IEN. SOD. HON.

OPUSCULA

VARIA

PHILOLOGICA



TOMI SECUNDI

ERFORDIAE

APUD GUIL. HENNINGOS.

1797.




p. 293 l. 29 ωἴχε l. σἴχε.
- - 31 ὑπὸ l. ὕπο, cum puncto ſequente.
- 318 - 12 Tſieognis l. Theognis.
- 319 - 24 ἁνεοχεῖ l. ἁνιοχεῖ.
- 326 - 1 σὐχ l. οὐχ.

Leuiuſcula, vt, ſi *ſuſtineo*, *abſtineo* cet. legitur pro *ſustineo*, *abstineo*, quemadmodum ex noſtra, quam ſequimur, ratione ſemper ſcribendum fuiſſet, non indicanda putauimus; ſperamus enim, quemvis lectorum, qui ſciat, quam immorigeri ſint eiusmodi in rebus typothetae, ea excuſaturum.

Dieſe Errata werden an das Ende des erſten Theils gebund.



VII.

ANIMADVERSIONES

HISTORICAE ET CRITICAE

IN

CICERONIS ORATIONEM

PRO ARCHIA POETA



I.

Quod Heynius, Vir illuſtris, in Disquiſitione de carmine epico Virgiliano ait, paucos eſſe adoleſcentium, quibus, vt in praeceptis diu detinerentur, expediret; quum pleraque, niſi vno iam vel altero carmine diligenter perlecto, vtilitatem haberent nullam, et, quae aliquam haberent, ea talia eſſent, quae ab ingenio liberaliore, vbi vnus aut alter poeta perlectus eſſet, vel nemine monente, facile animaduerterentur; vanis autem et inanibus ſubtilitatibus atque argutiis melius iſta aetas careret; quumque omnis, quam praecepta praeſtarent, vtilitas intra iudicium de aliorum ingeniorum monumentis ferendum ſubſiſteret, nec expectari poſſet, vt, qui ſui ingenii vires experturi eſſent, ex illis multum proficerent: id vero ad Rhetoricam, eiusque praecepta, quae vulgo et traduntur in ſcholis, et tam neceſſaria eſſe creduntur, vt, qui ea memoria non teneat, ne verſum quidem in Oratorum veterum principibus putetur intelligere, transferri iure ſuo poteſt. Quot enim ſunt, qui, quum Oratoriam attingerent, ex iſtis praeceptionibus ſe paulo plus, quam ex bonis exemplis profeciſſe, affirmare poſſint? Nonne, in quibus eſt aliqua dicendi et ſcribendi ratio, ii omnes fateantur,

necesse

necesse est, exemplis veterum, Ciceronis inprimis, vel priuato studio diligenter tractatis, vel a magistro rei perito docte enarratis id se debere magis, quam, qua pueri memoriam onerarant, praeceptionum moli? At, ne arrogantes esse videamur, et, quod tot maximi nominis homines ante nos vtilissimum putarunt, id illa vtilitatis opinione nostro nunc iudicio velle priuare: plane nulli esse vsui huius artis praecepta, nec nobis in animo est cuiquam persuadere, nec alium fore quenquam, qui serio id agat, arbitramur. Primum enim, eos, qui adolescentibus exempla oratorum, Ciceronis vel Demosthenis, explicare suscipiunt, eorumque interpretatione ad similem illos facultatem adducere, a tali praeceptorum subtilitate instructos esse debere, vix est, quod confirmem. Quis enim existimet, praeceptorum subtilitate destituto aut suppetere posse, quod ad monendum de singulis rebus et caussis apte et cum fructu ad ingenia alenda, et ad elegantiae veritatisque sensum in teneris animis excitandum ac roborandum, conferat, aut facultatem omnino esse, quae ipse sensu suo edoctus apte, pulchre multoque studio scripta esse sciuerit, quo lucent illa vero pulchritudinis colore, eo vel capiendi animos, vel, capti si fuerint, detinendi? Tum vero in ipsis etiam adolescentibus esse, quibus talem praecipiendi modum accuratius tenere multum profuerit, negare nemo ausit. Nam si qui, aetate ac viribus prouectiores, ea gaudent linguae facultate, vt sine interprete Ciceronis scripta intelligant, et, si non omnes, quae extant, eius orationes, eas certe, quas selectas vocant,

quo



quo par eſt, animo ac ſtudio legerunt, iis ſubtiliora dicendi praecepta et tradi recte, ac multo etiam commodius poterunt, quam ſi nullam orationem lectione attigerint, et, quum quaſi in fundo bene praeparato reſideant, pleniſſima fructuum erunt. Illud vero, ante prima lectionis pericula longum praeceptorum ac monitorum agmen, ob inſignem, quam percepturi inde eſſent adoleſcentes, vtilitatem, praemittendum eſſe, nunquam a me impetrabo, quin, qua decet virum, libertate et conſtantia negem. His, qui incipiunt ad eam rationem formari, interpretatione bona et ingenio eorum attemperata conſulendum; ad exempla ſunt ducendi, ex quibus, quid rectum, verum, pulchrumque ſit, diſcant; vt ex fontibus, ſuo iudicio, ſuarum virium vſu, praecepta hauriant, quibus inſtructi ad ſimiles ſe conatus transferant. At quum ſaepius accidat, vt aditus ad fontes ſit paulo difficilior, et vt ſpinae eum circumſeptum teneant, quae vel ducem deterreant, ne propius alumnos adducat, vel, ſi adduxerit, hos impediant, ne plene ſitim reſtinguant: ſponte intelligitur, non leue eſſe interpretandi negotium; ſed grauius etiam, quam vulgo ſolet aeſtimari. Neque vero is iam partes boni interpretis egiſſe cenſendus eſt, qui, quod ſuperioribus ſeculis multos factitaſſe conſtat, figuras tantum annotat, metaphoras et metonymias diligenter enumerat, ſyllogiſmorum disiecta membra colligit, et, quaſi praeſtiterit aliquid memorandum, ſi tale quid inuenerit, gallinarum inſtar, vermiculis inuentis, crocitat; at, ſi quid ex hiſtoria et antiquitatum cognitione illuſtrandum, aut ſi textus corru-

corruptelae medicina adhibenda, vel tacet omnino, vel, parem ſi negotio ſe crediderit, talem ſe praeſtat, quem hoſpitem eſſe in his rebus facile intelligas. Multa alia ſunt, et multo quidem grauiora, quae obſeruanda habet is, qui boni interpretis nomen conſequi voluerit; quae tamen omnia nec ita ſunt abdita, vt inueniri a nemine poſſint, nec a nimium paucis ante nos explicita, vt niſi denuo ea inculcaremus, vereri deberemus, ne aut inaudita manerent cuiquam, aut in obliuionem abirent. Vnum illud, interpretem praeter alia Critices vſum probe tenere, et intima hiſtoriae et antiquitatum cognitione imbutum eſſe oportere, vt quum res obſcuras illuſtrare, tum ſcripturae corruptelis medicinam facere poſſit, licet itidem multi monuerint, tamen nunc non poſſum non repetere. Quoties enim ſit, vt in loca incidamus, quae ſcripturae prauitate laborant; quoties res occurrunt vetuſtatis rubigine per annalium memoriam obſitae, vel certis de cauſis conſulto a ſcriptore obſcurius prolatae. Quae cum vel docto interpreti, et omnibus praeſidiis, quae neceſſaria ſunt, inſtructo, negotium faceſſant, ſudoremque exprimant, quid facturum tum imperitum cenſes et talibus praeſidiis deſtitutum? Id vero quum in aliis Ciceronis orationibus (nam has in praeſenti inprimis ante oculos habeo), quae cum adoleſcentibus legi ſolent, fieri ſciam, tum in ea, quae habita eſt pro Archia poeta, quaeque ob laudem humaniorum litterarum, et earum rerum copiam, quae adoleſcentiam maxime alunt, prima plerumque vice enarrari adoleſcentibus ſolet, accidere, interpretum et

com-



commentatorum diuerſae inter ſe de rebus obſcuris teſtantur ſententiae. Futurum igitur ratus, ſi, quod Manutii, Graeuii, Erneſtii aliique iam diligenter tractarunt, denuo attigisſem, vt ne aut arroganter feciſſe, aut actum egiſſe opus, aut, quidquid eſt operae, id omnino inutiliter collocaſſe iudicarer, faciendum putaui, vt me ad rerum obſcurarum, quae lectionem orationis impediunt, illuſtrationem accingerem, viderenque, num rebus primum, quas accurate noſſe multum intereſt, lucem aliquam poſſim adſpergere; deinde lectioni, vbi laborat, opem et ſalutem ferre.

II.

Iam primum conſtat, vt vel argumenta huius orationis a Manutio, Graeuio, et aliis editoribus praefixa docent, vel ex ipſius orationis lectione ſine vllo negotio poteſt intelligi, A. Licinium Archiam, patria Antiochenum, quum poetica laude per omnes Aſiae partes cunctamque Graeciam maxime floreret, et ab omnibus fere inferioris Italiae populis expeditus, primum a Tarentinis, Rheginis, Locrenſibus, Neapolitanis, deinde, Romae vbi per tempus vixerat, ab Heracleenſibus ciuitate donatus eſſet, in maxima apud principes populi Romani, inprimis Metellos et Lucullos, fuiſſe gratia, conſecutumque eorum opera, vt et Romana ciuitate donaretur. Satis longo intervallo extitit homo quidam maleuolus, Gratius vel Gracchus nomine, qui poetae, Syro homini, hunc ciuitatis honorem et coniuncta cum



eo beneficia inuideret, et, vt dignitatem vel gratiam, minueret, litem de ciuitate lege, quam Silanus et Carbo, tribuni pl tulerant, intenderet. Accusatori Cicero spondit; causam probauit; et dilutis omni quae aduersarius protulerat, argumentis, memoratisque beneficiis, quae vel ipse, alii, quibus summa esset cum Archia famil tas, ei accepta ferrent, dignum esse oster non modo, qui ciuitatem, quam iam opt iure haberet, non amitteret, verum etian non esset ciuis, in numeram ciuium adscis dus esset. Haec vt sunt certissima, ita sunt de quibus magna est inter interpretes sensio, quaeque, quum diligentiori lec praetereunda videri nequeant, accuratius men subire, necesse est. Redeunt illa ad fere capita: primum, quo tempore acta Archiae causa et habita a Cicerone ora deinde, quando Archias ciuitatem petierit, quamdiu ea fructus sit; denique, quo iure modo ciuitatem Romanam adeptus sit.

Post consulatum Ciceronis causam act esse, et hunc, quum praeceptorem suum fenderet, consularis viri dignitate fuisse c spicuum, id quidem ipsa declarat oratio (c 11.): *Nam, quas res nos in consulatu stro vobiscum simul pro salute huius vr atque imp e i, et pro vita ciuium, pro vniuersa e ublica gessimus, attigit hic v sibus atque inchoauit*; et (cap. 6.): *Na nisi multorum praeceptis, multisque litte mihi ab adolescentia suasissem, nihil in vita magnopere expetendum, nisi l d*

dem atque honestatem: — nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem; quibuscum conferri merentur, quae cap. 12. circa fin. eadem de re orator repetit. Sed quo post consulatum anno? Manutius putat D. Iunio Silano et L. Licinio Murena Coss. hoc esset, proximo post consulatum anno, nimirum a. V. C. Varr. 692. et colligit illud ex cap. 5. vbi haec leguntur: *est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo, apud exercitum fuisse.* Lucullus autem cum exercitu et imperio in Asia fuit ab a. V. C. 681. vsque ad 687. vbi M'. Acilio Glabrioni, qui cum C. Calpurnio Pisone Frugi consul erat, vel, quia hic, auditis Luculli iniuriis, ad exercitum non venerat, Pompeio imperium cogebatur concedère (v. Plutarch. Lucull. T. I. p. 514. seq.); necesse igitur est, vt proximi illi censores, quibus magistratu suo fungentibus Archias cum Lucullo imperatore fuerit, sint L. Gellius Poblicola et Cn. Cornelius Lentulus Clodianus, qui a. V. C. 684. M. Licinio Crasso et Cn. Pompeio Magno Coss. lustrum LXVIII. fecerunt. Nam propiores illis, scilicet Q. Lutatium Catulum et M. Licinium Crassum, qui L. Aurelio Cotta et L. Manlio Torquato Coss. a. 689. creati; aut L. Aurelium Cottam cum Q. Caecilio Metello Pio, qui a. 690. L. Iulio Caesare et C. Marcio Figulo Coss. h. e. proximo ante Ciceronis consulatum, intelligere ea de causa non licet, quod lustrum his censoribus conditum non fuit: mortuo enim Metello Pio, vt ex Dione constat, Cotta abdicare

Quare, si non tertia superesset ratio, qua res expediri posset, omnino praeferendam putarem Manutii sententiam, dicendumque, vel Archiam, quum Ciceroni laudes eius inchoatas ostenderet, non serio egisse, sed vt in tutelam sui eum pertraheret, vana ista spe lactandum putasse, vel Ciceronem, qui iam dudum consecutus erat, vt in commemorandis iis, quae ad laudem suam vel augendam vel illustrandam facerent, non erubesceret, non Archiae magis, quam sui ipsius causa illud confinxisse. Verum restare adhuc mihi quidem videtur via, qua res repugnantes componamus. Habita est oratio a. 693. M. Pupio Pisone et M. Valerio Messala Nigro Coss. hoc est, post consulatum secundo, quo censuram gesserunt P. Seruilius Vatia et Mam. Aemilius Lepidus: nam censores eo anno creatos esse, ipse Cicero non sinit dubitare, qui scribit hoc anno Nonis Decemb. ad Atticum (I, 17.) *Asiani, qui de censoribus conduxerant, questi sunt in senatu, se, cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse.* Hanc sententiam defendit Fabricius in Vit. Cicer. p. m. 168 seq. quamuis minus validis argumentis. Eodem igitur anno causa Archiae acta est, quo scripta ad Atticum illa, ex qua locum adduxi, epistola, sed paulo serius. Epistola post Idus Maii scripta est: narrat enim, vbi Idibus Maii in Senatum venisset, quae ibi acta essent; et, quia comitia in ante diem VI. Cal. Sext. dilata esse dicit, quae tum, quum scribebat epistolam, nondum fuerant, ante Calendas istas scriptam, certum est. Quare ita statuo. Gratius vel Gracchus, quum census tempus appropinquare, et iam instare videret,



ret, vt odium, quod in Archiam, a nobilissimis hominibus tantopere honoratum, conceperat, tandem aliquo modo expleret, nactum se ratus opportunissimam occasionem, tum potissimum reum eum fecit ex Silani et Carbonis lege, vt, si ciues censerentur, hunc a ciuium numero videret segregari. Archias etsi alios complures haberet amicos, qui eum potuissent defendere, tamen a Cicerone, discipulo olim docili, nunc amico eloquentiae laude florentissimo, quam ab illis, defendi maluit; quod vt eo facilius consequeretur, laudes rerum ab eo in consulatu gestarum, quarum sine dubio spem roganti fecerat, inchoauit et partem absoluit. Sed video, quo minus quis ita esse sibi persuadeat, impedimento esse posse, quod, quum in hunc annum censores iam creati essent, qui a. 684. lustrum condiderunt, non recte dicerentur *proximi*. At enim illo loco, vbi censores Cicero commemorat, de iis loquitur, qui perfuncti censura erant et ciuium nomina in tabulas retulerant; quapropter, etsi creati iam erant qui mox nouum censum agerent, tamen, quia defuncti officio suo nondum erant, eos, qui erant defuncti, proximos dicere debuit. Idque factum esse, eo magis est verisimile, quod hoc anno, quo censores creati erant, nescio quibus de causis census non est actus, sed in proximum dilatus: nam scribit Cicero Cal. Febr. Q. Metello et L. Afranio Coss. h. e. an. 694. ad Atticum (I, 18.): *Revise nos aliquando; et quamquam sunt haec fugienda, quo te voco; tamen fac, vt amorem nostrum tanti aestimes, vt eo vel cum his molestiis perfrui velis. Nam,* ne

ne absens censeare, curabo edicendum et proponendum locis omnibus. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. Quare cura, vt te quamprimum videamus. Maneat igitur illud, a. 693. Pisone et Messala Coss. pro Archia Ciceronem dixisse; et, si Archias, quum Romam venisset, XVI. annos natus erat, vt suspicari licet ex cap. 3. vbi praetextatus a Lucullis domum receptus fuisse dicitur, incidit illud in annum aetatis eius LVII. quo Cicero XLVI. aetatis annum agebat.

III.

Ad alteram quaestionem transeo: quo tempore Archias ciuitatem Romae petierit, et quamdiu ea fructus sit. Ante a. 665. ciuem eum Romanum factum, illud non sinit dubitare, quod Cicero, aduersarii obiectionem, Archiae nomen in censorum tabulis non extare, refutans, dicit (c. 5.): *est enim obscurum — primis* (censoribus), *Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam.* Iam vero L. Iulius Caesar et P. Licinius Crassus censuram gesserunt Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Catone Coss. a. 665., vnde illud sequitur, vt Archias, si census fuisset populus, in tabulis censorum legi potuisset, et vt ciuis vel eodem anno, vel ante factus sit. Satis tamen certum, eodem eum anno ciuitatem adeptum esse, quum lege adeptus sit Plautia Papiria, a M. Plautio Silano et C. Papirio Carbone Tribb. Pl. a. 665. h. e. altero belli Italici, lata, qua cautum erat, *vt qui foederatis ciuitatibus adscripti*

ſcripti eſſent, et, quum haec lex ferretur, in Italia domicilium haberent, ſi LX. diebus apud Praetorem nomen profeſſi eſſent, ii ciues Romani optimo iure eſſent. Vis huius legis, vt ex formula eius intelligitur, vltra LX. dies non extendebatur; vt, qui eius beneficio in ciuitate Romana adſcribi volebant, intra hoc temporis ſpatium a lata lege nomen apud praetorem profiteri deberent. Archias profeſſus eo tempore eſt, vt Cicero dicit (c. 4.), apud Q. Metellum Pium, quod et foederatae ciuitati iam adſcriptus erat, et multos annos, et ſic tum, quum lex ferebatur, domicilium Romae habebat, vt ei verendum non eſſet, ne repulſam ferret. Itaque neſcio, quod Heynius de Inſtitutis et legibus Heracleenſium (Opuſc. II. p. 244. not.) ex loco hoc Ciceronis contra Mazochium (in Comment. in Tab. Heracl.) contendit, ne Cicerone quidem conſule, a 691. Heracleenſes fundos legi ſeu Iuliae ſeu Plotiae factos, quia Archias eo anno ex lege Plotia, quod Heracleae tanquam ciuitati foederatae adſcriptus erat, ciuitatem Romanam petiiſſet, mirumque fuiſſet, eum, qui Heracleenſis ciuis eſſet, Romae ciuitatem petere, qua, ſi fundus facta eſſet Heracleenſium ciuitas, eo ipſo iam frui potuiſſet, num παρόραμα ſit ſummi viri, an rationes ſecutus ſit, quas ego non ſatis exploratas aut explicatas habeo. Nam praeter illud, quod accuſator ad cenſum a. 665. prouocat, quem Cicero docet eo anno ad populum Romanum non pertinuiſſe, vnde ciuem eo tempore Archiam fuiſſe recte colligitur; et quod carmen legis, ex quo illam non in perpetuum, ſed tantum ad LX.

dierum ſpatium valere debuiſſe cognoſcimus, ciuitatis petitionem Archiae intra eiusdem anni fines concludit; non negligi debet, quod Cicero eum apud Q. Metellum praetorem, familiariſſimum ſuum profeſſum perhibet (c. 4.); quem quidem non Celerem fuiſſe praetorem Cicerone Coſ. a 691. (v. Catil. I, 8. Sull. 23.); nec eum, qui biennium conſul fuit a. 685. et 686. cum Q. Hortenſio et Q. Marcio Rege, et, rebus in Creta bene geſtis, vnde Cretici nomen obtinuerat, in conſulatu mortuus eſt, quod arbitratur Manutius; ſed Pium, Numidici filium, qui, vt ſupra dictum eſt, a. 690. ante Ciceronem conſulem, cenſor mortuus eſt, ex cap. 10. circa fin. certum eſt. Quae quum ita ſint, non poteſt eſſe obſcurum, Archiam inde ab anno 665. vsque ad a. 693. in numero ciuium Romanorum eſſe verſatum, et XXVIII. annos ſe pro ciue geſſiſſe. Maior eſt obſcuritas, ſi decernere velimus, quo anno Archias Heracleae in ciuium numerum receptus ſit. Cicero iuſto breuius in narratione (c. 4.) rem tractat: nihil enim amplius commemorat, quam eum, quum eſſet cum L. Lucullo in Siciliam profectus, et quum ex ea prouincia cum eodem Lucullo deceſſiſſet, veniſſe Heracleam; quam ciuitatem quum vidiſſet aequiſſimo iure eſſe ac foedere, adſcribi ſe in eam voluiſſe, illudque quum per ſe, tum auctoritate Luculli impetraſſe. Sed quale illud Luculli iter in Siciliam? Franciſcus Syluius (in Oporini Corpore comment. in Cic. Oratt. omnes, Baſ. 1553. p. 1113.) ita ſcribit: *L. Lucullus quaeſtor Aſiam, praetor Siciliam, conſul Aſiam obtinuit; cum eo in has prouincias Archias profectus eſt.*

I. A.



I. A. Otto (ed. Select. Oratt.): *cui prouinciae Lucullus praefuit proconsulari imperio.* Risum teneatis amici! L. Lucullus, qui consul fuit a. 680. et ab anno 681. vsque ad a. 687. in Asia cum Mithradate bellum gessit, Siciliae imperio proconsulari praefuerit! Verum et lia noua et inaudita in ista notarum farragine discere licet; v. c. Heracleam Siciliae oppidum et sinum Tarentinum eiusdem insulae esse. Alias editiones meliorem habere lectionem, *Ciliciam* pro *Siciliam*, nec Otto animaduertit, nec, quod sane mireris, qui sospitator Ciceronis salutatur, Ernestius; quasi nihil intersit, in Siciliam profectus sit Lucullus cum Archia, an in Ciliciam. Quid Ernestius statuerit de isto itinere, quum silentio omnia transeat, equidem dicere non habeo; fortasse in ea fuit opinione, vt Lucullum animi et voluptatis causa in insulam illam cum Archia profectum putaret, eaque de causa Graeuii auctoritati id tribuit, vt lectionem, ab eo receptam seruaret. Illud quidem certo certius esse existimo, quod Syluius dicit, Lucullum praetorem Siciliam obtinuisse, id merum figmentum esse nec vllius veterum fide et auctoritate niti: ex Cicerone enim (Acad. IV, 1.) et Aurelio Vict. (de V. Illustr. c. 74.) constat, Africae eum pro praetore praefuisse. Quod quo anno fuerit, ex ll. cc. et Plinio H. N. VIII, 7. satis certo demonstrari potest. Plinius l. c. dicit: *Romae pugnasse* (Elephantos) *Fenestella tradit primum omnium in Circo, Claudii Pulchri, Aedilitate Curuli, M. Antonio A. Postumio Coss. a. V.* 655. *Item post annos XX. Lucullorum aedilitate Curuli, aduersus*

versus tauros. Incidit ergo aedilitas Lucullorum et Lucii et Marci in a. V. C. 675. et consulatum P. Seruilii Vatiae Isaurici et Ap. Claudii Pulchri; quam magnificentissimam fuisse, Tullius testis est Offic. II, 16. Idem vero auctor est Acad. IV, 1. eum, vbi absens (Quaestor Sullae in Asia ab a. V. 667. vsque ad a. 674.) aedilis factus esset, *continuo* praetoris dignitatem consecutum (licuisse enim celerius legis praemio); post in Africam profectum; sequitur ergo, vt praetor fuerit a. 676. Africam autem pro praetore a. 677. rexerit. Ex quo igitur Lucullus Sullae, bellum Marsicum conficienti (a. 666.), deinde ad bellum Mithradaticum profecto (a. 667.), quaestor adfuit (vsque ad a. 674.); tum aedilitate, praetura et propraetoria potestate in Africa defunctus, gesto an. 680. consulatu, per septem annos in Asia commoratus est, et rebus maximis gestis a. 688. in Italiam rediit, de itinere in Siciliam non cogitandum; atque etiamsi priuatum eum iter instituisse arbitrari vellemus a. 678. et 679. qui anni praeturam in Africa et consulatum interueniunt, tamen nemo crediderit, Archiam eo tempore Heracleae adscriptum, quippe qui ante legem Plautiam Papiriam a. 665. latam, et veniam Romanae ciuitatis vltra eius anni fines non extendentem, et ante censores Iulium et Crassum, eodem anno magistratum gerentes, in ciuitatem illam adscribi debuerit. Eadem vero causa est, cur, si *Ciliciam* legamus, non possum cum Manutio ad h. l. statuere, illud Luculli in eam prouinciam iter idem esse, quod post consulatum imperator a. 681. eo susceperit. Res exigit,

vt



vt Lucullus non modo in Ciliciam, ſed etiam ante quaeſturam, atque adeo ante a. 665. quo lata eſt lex Carbonis et Silani, profectus ſit, et vt ad minimum a. 664. redux, vt Heracleenſes Archiam ciuitate donarent, auctoritate ſua effecerit. Cuiusmodi de itinere quum nec Plutarchus in vita Luculli, nec Cicero Acad. IV, 1. vbi ſtrictim res eius perſequitur, quidquam habeant, nec alibi quidquam me legere meminerim, liceat mihi paulo eſſe liberiori, et coniectioni indulgere. Quum conſtet, cum Sulla interceſſiſſe Lucullo neceſſitudinem et familiaritatem, eam quidem, vt ille hunc non modo rebus gerendis arduis et grauiſſimis adhiberet, ſed etiam, Plutarcho teſte, commentarius rerum ſuarum, vtpote melius hiſtoriam condituro, ei inſcriberet: quidni ad primam adoleſcentiam, vbi ingenii eius praeſtantia maxime enitebat, et vbi iam cerni poterat, qualis aliquando iudicandus eſſet, initia huius neceſſitudinis referamus. Iam vero Sulla, vbi quaeſtor C. Marii I. Coſ. (a. 647.), deinde eiusdem Marii II. Coſ. (a. 650.) legatus, et eodem Mario III. Coſ. (a. 651.) tribunus militum fuerat, et, quum videret, ſe ob rerum geſtarum gloriam Mario inuiſum eſſe, collegae Marii, Q. Lutatio Catulo (a. 652.) ſe adiunxerat, omnibus militaribus officiis defunctus, aedilis Romae fieri noluit, ſed conſecutus eſt, vt a. 662. praetor eſſet. Ex praetura in Cappadociam et adiectam Ciliciam (v. Aurel. Vict. V. Illuſtr. 75. vbi eandem varietatem, quam in Ciceronis loco, inter *Siciliam* et *Ciliciam* notatam deprehendas in Edit. Lugd. 1670.) a Senatu miſſus (a. 663.) eo

prae-

praetextu, vt Ariobarzanem, Cappadociae regem, amicum et socium P. R. a Mithradate regno expulsum, reduceret, re autem, vt Mithradatem, nouis rebus studentem, et regni sui dominationem nimio plus augentem, quam satis tutum esset accolis, reprimeret ac coerceret. Quo quum Sulla paucas copias duxisset, tamen sociorum auxilio, multis Cappadocum Armeniorumque, qui illos adiuuabant, caesis, et Gordio ac filio Mithradatis expulso (Iustin. XXXVIII, 1.), Ariobarzanem regem constituit (vid. Appian. Mithrad. p. 176. et 208. Plutarch Sull. p. 453. Dio Cass. T. I. p. 72. Reim. Liuii Epit. LXX.). Bello Italico ab a. 664. vsque ad a. 666. varia fortuna et magnis cladibus ab vtraque parte acceptis gesto, Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Catone Coss. a. 665. legatus, praetoriae dignitatis vir, strenue rem gessit, variosque populos, vt Samnites et Hirpinos, domuit, alios in fidem recepit (v. Liuii Epit. LXXV. et Plutarch. l. c.). Romam inde reuersus, quum rerum gestarum gloria eum praeiuisset, consul cum Q. Pompeio Rufo creatus est annos natus L. in quo consulatu (a. 666.) Italici belli reliquias confecit; anno vero sequente (667.) Lucullo praemisso, qui sibi Alexandriae regem conciliaret, et classem in Aegypto et per Asiae ciuitates cogeret, in Graeciam, ad bellum Mithradaticum primum, profectus est. Contemplantibus hanc breuem rerum a Sulla vsque ad consulatum gestarum delineationem, cogitantibusque, quo casu Lucullus ante a. 665. in Ciliciam delatus, et inde reuersus esse potuerit, nihil veri videtur esse similius, quam adolescentem eum, ingenio

genio claritatem aliquam adeptum, contubernalem Sullae, pro praetore in Ciliciam profecto, fuisse, eaque maxime de causa cum eo iuisse, vt militiae et aliarum rerum gerendarum rudimenta disceret. Erat enim haec optima apud Romanos adolescentium, qui aliquando rempublicam administrare volebant, disciplina, vt apud claros viros, vel in vrbe, vel in prouinciis magistratum gerentes, in contubernio viuerent. Sic M. Caelius Q. Pompeio, proconsuli in Africa contubernalis fuit (p. Cael. 30.); Cn. Plancius A. Torquato in eadem provincia, et postea in Creta Saturnino (p. Planc. 11.); L. Torquatus Ciceroni consuli et praetori (p. Sull. 12.); L. Gellius C. Carboni consuli (Brut. 27.); Thermo, praetori in Asia, C. Iulius Caesar (Suet. Caes. 2.); Clodius, famosus ille tribunus pl. L. Lucullo in Asia (v. Plut. Lucull. p. 515.); Ciceroni etiam in Asia fuerunt contubernales, vt intelligimus ex iis, quae ad Rufum scribit (Famil. Ep. V, 20.): *Scito a me et tribunos militares et praefectos et contubernales duntaxat meos delatos esse.* Obiici posset huic coniecturae meae, Ciceronem Acad. IV, 1. tunc non debuisse scribere: *Post Mithradaticum bellum missus a senatu, non modo opinionem vicit omnium, quae de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria non admodum exspectabatur, qui adolescentiam in forensi opera, quaesturae diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, in Asiae pace consumserat. Sed incredibilis quaedam ingenii magnitudo non desiderauit indocilem*

docilem vſus diſciplinam: nam, ſi Lucullus cum Sulla fuiſſet, habuiſſe eum vſus diſciplinam. At meminiſſe debemus, breue illud temporis ſpatium, quo tunc in Aſia commoratus eſt, non ſatis fuiſſe ad ingenium eius ampla rerum bellicarum et ciuilium cognitione excolendum; ei praeſertim, quem manſuetiores Muſae deuinctum tenebant, et qui Archiam, quocum longe alia agere licebat, ſodalem ſecum habebat et amicum; vt, licet in ſummi praetoris et clariſſimi ducis contubernio vixerit, tamen mirum non ſit, eum rei militaris imperitum manſiſſe. In reliquis omnia ſe recte habent. Diſceſſus Sullae ex prouincia cadit in an. V. C. 664. Nam, vt Plutarchus narrat (Sull. p. 454.), Romae quum eſſet, "ob imagines a Boccho in Capitolio collocatas, in quibus erat aureus Iugurtha Sullae traditus, diſcordia inter Sullam et Marium excanduit; quae res quum ſeditionem ſpectare videretur, quod vterque ſuos et potentes habebat aſſeclas, eam bellum ſociale, iam diu gliſcens, ſed eo anno exardens, conſopiuit: ex quo, eum a. 664. h. e. primo belli ſocialis anno rediiſſe, certum eſt. Eodem vero anno quum Lucullum etiam, poſtquam ex Cilicia cum Sulla diſceſſerat, Romam veniſſe, probabile ſit: accidere facile potuit, vt in itinere Heracleam delatus, Archiam, in ciuitatem illam adſcribi cupientem, gratia ſua adiuuerit. Factus igitur eſt Archias ciuis Heracleenſis L. Iulio Caeſare et P. Rutilio Lupo Coſſ. a. 664. quod non ſolum ex eo clarum, quod, quum a. 665. Romae ciuitatem, vt dictum eſt, petierit, ante illud tempus, certe a. 664. Heracleae factus eſſe

eſſe debuit; verum etiam, quod Cicero, adverſario tabulas Heracleenſium deſideranti, quibus Archiam Heracleae ciuibus adſcriptum probari poſſet, reſpondet (c. 4.), omnes ſcire, eas Italico bello, incenſo tabulario, interiiſſe; qui vel vnus locus monere potuiſſet homines doctos, ne, ſi de Lucullo decernendum eſſet, cuius auctoritate et gratia Archias ciuis Heracleenſis factus eſt, et in tabulas Heracleenſium, vbi ciuium nomina legebantur, relatus, quoniam hae tabulae Italico bello, ab a. 664. ad 666. geſto, dicuntur interiſſe, de praetore Lucullo Africam, vel, vt fingunt, Siciliam, a. 677. regente, et 678. Romam reuerſo, aut proconſule in Aſia ab a. 681. ad a. 687. cogitarent. Vnum reſtat, quod, ſi non euertere, quod iam adſtruxi, tamen efficere poſſit, vt dubitationis aliquid in animo reſideat; ſcilicet, quod dicit orator (c. 4.), Archiam, vt in ciuitatem Heracleae adſcriberetur, impetraſſe, quum ipſe per ſe dignus putaretur, tum *auctoritate et gratia* Luculli. Nam quaeri poteſt, vnde Lucullo, adoleſcenti admodum eo tempore, neque rerum geſtarum magnitudine atque ſplendore claro, tanta fuerit apud Heracleenſes auctoritas. Etſi enim gratia in ea aetate valere potuerit, quae adoleſcentibus et iuuentuti ſaepius a Romanis ſcriptoribus tribuitur (v. c. Famil. II. 6.), et, quoniam ad populum magis, quam ad principes pertinebat, recte tribui poteſt: tamen non item potuit auctoritate, quae, quum exiſtimatio ſit rebus egregiis, in quibus grauitas et conſilium enituerit, comparata, niſi in viris magnis et illuſtribus, locum habere nequit. Quare etiam Cicero,

Cicero, quum ad Ampium ſcribit (Famil. IV, 12.), diſerte hanc ab illa diſtinguit: *Principem tamen habuimus Panſam, tui ſtudioſiſſimum, mei cupidum; qui valeret apud illum non minus auctoritate, quam gratia.* At vero ſciendum eſt, non vsque eo curioſos eſſe circa verborum delectum oratores, vt non interdum paulo laxiori ſignificatione vocabula adhibeant, aut, quae de ſeriore viri alicuius nobiliſſimi vita veriſſime dicta fuiſſent, ad iuveniles annos, vbi ſpes maior, quam fides, erat, quaſi repraeſentatione veri contenti, transferre audeant; praeſertim ſi vident, ſe vel pondus argumentis addere ea re poſſe, vel fidem maiorem ſibi amicisque conciliare, vel gratiam alicuius aucupari. Idem illud Ciceronem feciſſe, negari vix poterit: etenim, quum ea fuerit cum Lucullo, eiusque ſocero, Q. Seruilio Caepione, familiaritate coniunctus, vt ei Lucullum filium et parens et auus teſtamento commendaret (de Fin. III, 2. Attic. XIII, 6.); quumque ipſe Lucullum ſecum et amicitia et omni voluntate, ſententiaque coniunctum vocet (de Fin. l. c. coll. Plutarch. Lucull. circ. fin.), tantique fecerit, vt Academicarum quaeſtionum librum nomine eius inſcripſerit: cui non videatur fieri potuiſſe, vt illo praeſente (nam aderat, vt ex verbis cap. 4. intelligitur: *adeſt vir ſumma auctoritate et religione et fide L. Lucullus*), ad gratiam iſtam verborum accommodaret induſtriam, et, dum adoleſcentiae ſpem cum auctoritate viri conſularis permutaret, mutuo amori plusculum etiam, quam concederet veritas, largiretur. Neque tamen hoc dixerim, Lucullum, quam-

vis

vis adoleſcentem, omnino auctoritate caruiſſe. Nam, quod, ſumta toga virili, priusquam rempublicam attingeret, vllamne ambiret dignitatem, Seruilium Augurem, qui patrem eius repetundarum reum fecerat, vlciſcendi gratia, cum fratre, pari pietate et induſtria praedito accuſauit, et paternas inimicitias perſecutus eſt, ea re tantam iniit ab omnibus gratiam, quum praeclarum illud factum exiſtimaretur, et omnium ore ferretur, vt, quo deinde etiam tum adoleſcens quum apud Romanos, tum apud Socios tantum valebat, incertum videri poſſit, gratia dicendum ſit magis, an auctoritas. Fortaſſe Sullae etiam auctoritas, quum eius viri amicus et contubernalis eſſet, effecit, vt ad gratiam, qua per ſe celebrabatur nobilisſimus adoleſcens, auctoritatis aliquid accederet. Quidquid ſit, hoc certum eſt, Ciceronem ſine pudore dicere potuiſſe, Archiam, vt Heracleae ciuis factus eſſet, Luculli auctoritate impetraſſe.

IV.

Quod tertio loco quaerendum ſtatueram, quo iure ac modo ciuis Romanus factus ſit poeta, id eo facilius profligari licebit, quo minus ex iis, quae iam disputata ſunt, fieri poteſt, vt magna ſuperſit eius rei obſcuritas. Omnia fere ex belli Italici vel Marſici hiſtoria explananda. Conſtat cauſas huius belli fuiſſe ſpem ciuitatis Romanae et iuris ſuffragiorum, quam Ti. Gracchus, trib. pl. (a. 621.) iam oſtenderat (Vellei. Pat. II, 2.); M. Fuluius Flaccus Coſ. (a. 629.), latis de ciuitate ſociis danda, quibus

quibus agri dari non possent, legibus, quibus hi palam ad ciuitatem petendam concitabantur, nutriuerat; et Caius Gracchus, vehementioris ingenii, quam frater Tiberius, trib. pl. (a. 631.) confirmauerat, caedibus horum Latini et Italici nominis patronorum ereptam. Nam, facta Asculanorum et Fregellanorum coniuratione, quam tamen, antequam consilia maturuissent, L. Opimius praetor oppresserat, anno 659. lege Licinia Mucia a L. Licinio Crasso et Q. Mucio Scaevola lata de ciuitate, *ne quis sit pro ciue, qui non sit ciuis,* (Cic. offic. III, 11.), vel *de ciuibus regundis* (v. Cornel. I. Fragm. p. 1045. Ern.), qua, qui Romae se pro ciuibus gererent, nec ciues essent, in suas ciuitates remitterentur, magis etiam, quam antea, exasperati sociorum animi, etsi, ne praecipitatis viderentur agere consiliis, impetum per aliquot annos represserant; tamen M. Liuio Druso trib. pl. a. 663. qui legem de ciuitate cum sociis Latini nominis Italicisque populis communicanda se laturum promiserat, domi suae a Q. Vario confosso (v. Cic. p. Mil. 7. de Nat. D. III, 33.), approperantibusque consilia eorum Drusi inimicis, quorum impotentia et libidine factum, vt senatus vno versiculo omnes eius leges tollendas decerneret, lataque sub eiusdem anni exitum improbissima a Drusi percussore, Q. Vario Hybrida, trib. pl. lege de maiestate, qua quaestio habenda esset de iis, quorum opera consilione socii contra populum Rom. arma sumsissent, tantas irarum conceperunt flammas, legatione praesertim sua Romae contemtim accepta, vt nihil ad restinguendas et discutiendas eas valeret.

[redacted]

leret. Omnes populi a Liri (*Gariglione*) vsque ad ſinum Adriaticum, Marſi, Peligni, Picentes, Marrucini, Lucani, Samnites, conſtituta noua Republ., cuius caput erat Corfinium (hodie *St. Pelino*), Italica dicta, ſenatuque lecto D. virorum, et conſulibus binis et XII. praetoribus in annum creatis, coniurarunt, exercitum coegerunt, paratisque omnibus, quae eſſent neceſſaria, quum viderent, ſe Romanis paratiores ad bellum eſſe, occiſo Aſculi in ipſa ludorum frequentia Q. Seruilio, proconſule, eiusque legato, Fonteio, cruentiſſimum bellum a. 664. auſpicati ſunt. Aduerſo deinde Marte pugnantibus Romanis, quum conſul P. Rutilius Lupus, clade accepta, ex vulnere deceſſiſſet, alter vero conſul L. Iulius Caeſar, aegre fuga elapſus eſſet, Etruſci etiam et Vmbri, qui in fide adhuc permanſerant, ad ſociorum partes defecerunt. Senatus, metuens, ne tanta belli mole opprimeretur, L. Iulium Coſ. ad exit. a. 664. legem ferre iuſſit, qua *iis populis, qui ad eum diem iura foederis ſancta habuiſſent, ſi fundi legi fierent, ciuitas Romana daretur.* Qua lege quum veteres ſocii, qui in fide manſerant, arctius Romanis deuincti eſſent, et, qui deſeruerant, ad ſimilem ſpem erecti, minus crudele bellum eſſe coepit. Hanc legem Iuliam, quum multi populi fundi fieri nollent, metuente ſenatu, ne vehementius belli flammae erumperent, et ſuggeſta hinc illinc materia, nouas in dies vires caperent, ſecuta eſt a. 665. Plautia Papiria, qua cautum erat, *vt, qui foederatis ciuitatibus adſcripti eſſent, et tum, quum haec lex ferebatur, in Italia domicilium haberent,*

rent, si LX. diebus apud praetorem nomen essent professi, ciues Romani optimo iure fierent. Discrimen harum legum in hoc erat, quod Iulia lex populis tantum, qui in fide manserant, vel, si arma sumserant, ea deposuerant, si fundi legis fierent, hoc est, si donationem acciperent, ciuitatis ius permittebat; Plautia Papiria ciuibus singillatim, peregrinis inprimis, qui in foederatas ciuitates adscripti erant, modo in Italia tum, quum lex lata erat, h. e. an. 665., domicilium haberent, si intra LX. dierum spatium a lata lege, quo praeterlapso via ad beneficium interclusa foret, nomen essent professi, illud concedebat. Iam in aperto est, cur Archias, licet Heracleensis esset, et in iure ciuitatis foederatae versaretur, tamen ex Iulia lege Romae ciuis fieri non potuerit: quum enim Heracleenses fundi legis fieri nollent, sed foederis libertatem ciuitati praeferrent (Cic. Balb. 8.), contra fidem legis facturi fuissent Romani, si ciuitati, cuius arbitrio illa permittebat, velletne sinere, ciues suos Romae adscribi, nec ne, quum fieri id noluisset, inuitae ciuem voluissent eripere. Quare singulari aliqua senatus populique Romani factum prudentia, vt legem fieri iuberent, quae quum conditionem istam, si ciuitas fundus facta esset, qua singuli ciues a Romana ciuitate prohibebantur, aboleret, tum, quod ex priore lege controuersum erat, peregrinis a foederatis ciuitatis iure donatis, impetrandi illam copiam faceret; praeuidebant scilicet, si ciuitatibus, quae fundi fieri noluissent, ciuium numerum Romam transscriptum eripuissent, fore, vt discordiae et factiones,

quibus



quibus vires earum debilitarentur, viam ad victoriam panderent. Ne tamen nimis late extenta legis poteſtate quibusuis viliſſimis hominibus aditum ad ciuitatis beneficium pateſacerent; et vt, quod ex re erat, eo maiori ſocios doni cupiditate incenderent, rarum id facientes: ſexaginta dierum ſpatio durationem eius definiuerunt, nec, niſi iis, qui tum, quum lex ferebatur, domicilium in Italia haberent, cuiquam conceſſerunt. Qua igitur lege quum multi ex foederatis ciuitatibus, peregrini non minus, qui adſcripti erant, quam indigenae, ad Romanam ciuitatem petendam allicerentur, et contentione orta, partium ſtudia increbreſcerent: paulo poſt conſecutum videtur, vt ciuitates ipſae fundi Iuliae legi fierent, et miſſa facta foederis libertate, municipiorum iure ac tutela frui mallent. In quibus et Heracleam fuiſſe, variis ex cauſis colligo. Etſi enim Heracleenſes, quum viderent, ſe, quod foederis fidem ſeruaſſent, et, miſſo Romanis auxilio, vexari ſe ſatis duriter ab hoſtibus paſſi eſſent, lege illa praeter nomen ciuium vix quidquam lucrari; quum, qui donati a Romanis eſſent, ſuffragia ferendi libertate excluderentur, et in VIII. nouas tribus, veteribus XXXV. dignitate multo inferiores, coniicerentur, conſultius primis annis videantur putaſſe, honori iſti, quem lex promitteret, foederis libertatem praeferre, et repudiata dignitate, quae nomine ſe magis, quam re commendaret, nouis ſe oneribus ſubtrahere: tamen minus veriſimile eſt, etiam tum illam ſtetiſſe iis ſententiam, quum, L. Cornelio Cinna I. conſule (a. 667.) moliente, ſpes erat, nouis tribubus diſſolutis, in veteres

pari

pari iure ac dignita
Vellei. Paterc. II, 2
occiso Cinna IV.
Papirius Carbo sine
bat, ciues nouos,
to iure suffragii (L
veteres tribus trans
tato consilio, cum
gnitatem illam rec
pus, certe ante an
fuisse municipium,
Archias eo anno
stolidum enim fuisse
bebat, id voluisse
(p. Balb. 22.) auct
tum fuerit L. Caesa
an censor a. 665.
cleensium legionem
cia, ciuitate donal
istius milites ex eor
libertati praeferren
pectandum erat, hu
suum transtulit He
racleensium, Opusc
tempore fundos Iu
dum factos: quar
ex Arch. 4. conten
consule eos fundos
Papiriae factos, no
mum ipse Cicero
tegerrimum muni
ritate *municipii* (
comprobari dicit;
tiori significatione *n*
ciuitate foederata,

que secutus Reizius in margine exemplaris, quod ad manus habeo, adscripsit; sed oratorem ex suo tempore locutum arbitror, et, quod erat Heraclea tum, quum Archiam defendebat, id ad illud tempus, quo foederata tantum esset, transtulisse. Nihil tamen hoc probat, nisi, Cicerone Archiam defendente, h. e. a. 693. municipium Heracleam fuisse; dubium semper manet, quo anno facta sit. Verum ex alio loco discimus, ante an. 689. municipium eam fuisse, vbi ait (c. 5.): *quum ceteri non modo post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint:* municipia enim quae sint, paulo ante significat, Rhegium, Locri, Neapolis, Tarentum; Papia vero lex, qua sancitum erat, *vt peregrini vrbe pellerentur, et socii Latini nominis in suas ciuitates redigerentur,* a. 689. L. Aurelio Cotta et L. Manlio Torquato Coss. a C. Papio trib. pl. lata est. Etsi enim Heraclea non diserte cum reliquis antea nominata sit, tamen, quia Tarenti fuit colonia, et quia in eadem fuit, qua Neapolis contentione, aliis ciuium appetentibus ciuitatem Romanam, aliis reiicientibus (Cic. p. Balb. 8.); nihil veri similius est, quam municipium eam factam cum Tarento et Neapoli esse, et ante annum 689. factam. Pertinet eo, quod Cicero Epist. Famil. XIII, 30. scribit: *L. Manlius est Sosis. Is fuit Catinensis; sed est vna cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, decurioque Neapoli. Erat enim adscriptus in id municipium ante ciuitatem sociis et Latinis datam.* Sed quum multo serius scripta sit haec epi-

ſtola, vel a. 709. C. Iulio Caeſare IV. conſule, ſine collega, vt Manutius; vel 708. eodem Caeſare III. et M. Aemilio Lepido Coſſ., vt Ragazonius cenſet: probari quidem ex ea poteſt, tunc temporis Neapolin fuiſſe municipium, at, multo ante fuiſſe, non poteſt. Verum detur modo illud, vna cum Neapoli ſimili agitata, atque Heraclea erat, ciuium de Romana ciuitate contentione, cum Tarento, Rhegio et Locris, quamuis coniecturis tantum id conſequi liceat, factam illam eſſe municipium, h. e. legem Iuliam ſuam feciſſe: non adeo erit difficile, propiorem et certiorem terminum municipalis dignitatis inuenire. Dicit Cicero (Arch. 5.): *non modo poſt ciuitatem datam, ſed etiam poſt legem Papiam.* Quum orator in temporibus poſt legem Papiam et poſt ciuitatem datam diſcernendis tam accuratus ſit: quis non ſuſpicetur, hanc aliquo tempore ante legem iſtam dari foederatis debuiſſe. Quodſi legi Iuliae, quae ad populos foederatos pertinebat a. 664., quo anno lata erat, nec Heracleenſes nec Neapolitani fundi facti; quo nihil eſt certius; Silani autem et Carbonis legi, ſi voluiſſent, quia ad peregrinos ſpectabat, ridiculum fuiſſet: quia his datam ciuitatem Ciceronis auctoritate (Famil. XIII. 30.) certum eſt; illis, veriſimillimum: tempus equidem, quo dari ex lege illa potuerit, aptius, quam annum 670. vbi ſenatus iuſſu nouis tribubus ad veteres translatis ſuffragii ius conceſſum erat, video nullum. Illud fortaſſe moram facere poſſit, quid velit ſibi Cicero, vbi dicit ceteros in tabulas poſt ciuitatem datam et legem Papiam *irrepſiſſe.* At meminerimus oportet, Iu-

liae



liae legis formulam ad ciues tantum in foederatis ciuitatibus natos, vel potius ad totos populos, pertinuiſſe, non item ad peregrinos, qui in iis adſcripti erant; certe de his in dubio rem reliquiſſe; Plautiae autem legis beneficio, cuius tamen poteſtas vltra LX. dies anni 665. non extendebatur, iis, qui foederatis adſcripti erant, Romanam ciuitatem oblatam. Quum ergo anno 670. multae ciuitatum foederatarum, mutatis conſiliis, Iuliae legi a. 664. latae fundi fierent, h. e. oblatum per eam beneficium acciperent, non poterant Romani, vt ne peregrinos in illas ciuitates adſcriptos grauiter offenderent, quin Plautiae legis a. 665. in eorum gratiam latae, ſed metu, ne ii, a quibus ornati erant, offenderentur, a multis neglectae, poteſtatem reuigeſcere iuberent. Nimirum ad peregrinos a. 670. ex Silani lege ius ſuffragiorum et veterum XXXV. tribuum honos ſub ea conditione, ſi tum, quum lex ferebatur, h. e. anno 665., in Italia domicilium habuiſſent, ſe ſenatus iuſſu extendit; quod ex Cic. Famil. XIII, 30. intelligitur de Soſi ſcribente: *erat enim adſcriptus in id municipium ante ciuitatem ſociis et Latinis datam* h. e. ante an. 665. atque adeo ante legem Iuliam a. 664.; vt mirum non ſit, multos peregrinos, qui illo tempore in Italia domicilium non habuerant, vt Romanorum ciuium iure frui poſſent, nomina ſua, ac ſi dudum habuisſent, in tabulas foederatarum ciuitatum ante annum 665. furtim inſcribenda curaſſe. Talem fraudem non modo poſt ciuitatem datam h. e. poſt annum 670. quo fundus fiebat Heraclea et aliae ciuitates, ſed etiam poſt legem Papiam

h. e. post an. 689. a peregrinis commissam esse, Cicero in orat. c. 5. iudicibus et praetori aperit. Nunc facile est intelligere, quum, quo iure ac modo Archias, Heracleae adscriptus, Romae ciuis factus sit, tum, cur non cum reliquis Heracleensibus, sed quinque annis ante factus sit. Romae ciuis poterat fieri, quia duas conditiones legis iam explerat: etenim foederatae ciuitati adscriptus erat, Heracleae, et inde ab anno 652. Romae domicilium habuerat; tertiae, qua LX. diebus apud praetorem iubebatur profiteri, quia praetore, Q. Metello Pio, familiariter vtebatur, satisfacere facile poterat. Qua ex re etiam illud explicandum, cur non, vt reliqui, in iis etiam peregrini, ad an. 670. expectarit, vel, quum euentus rerum incertus esset, beneficium omnino reiecerit. Scilicet, quum Romae, non Heracleae, rerum ac fortunarum suarum sedem fixisset, ab inuidia illa, quam, si Heracleae habitasset, Romanae ciuitatis petitione sibi conflasset, nihil erat timendum: et, quod praetor, apud quem profitendum erat, amicitiae vinculo ei iunctus erat, ea res, vt maius ei, quam aliis, beneficium spondere videbatur, ita consilium eius maturare debebat. Nihil igitur restat, quam vt videamus, cur anno 665. census non sit. Nec enim eo res iam satis expedita est, quod Cicero dicit, nullam eo anno, Iulio et Crasso censoribus, populi partem esse censam; aut quod aliunde constat, eos censores, ante legitimum tempus (nam anno 662. Cn. Domitius Ahenobarbus et L. Licinius Crassus lustrum LXVI. condiderunt,) creatos esse, non, vt populum censerent, et lustrum conde-

conderent, ſed vt veteribus XXXV. tribubus, in quas populus Romanus deſcriptus erat, VIII. nouas adderent, iisque ciues ex Italiae ciuitatibus, qui vel Iulia lege vel Plautia Papiria Romae adſcripti erant, comprehenderent (v. Onuphr. ad Faſt. Capit. p. m. 156.): etenim quaerere ſemper liceat, cur Archias, qui in nouorum ciuium numero erat, quum in aliquam illarum tribuum, quae ex nouis ciuibus conſtituebantur, a cenſoribus referri deberet, non modo, quod ex Cicerone colligitur, in eam relatus non ſit, ſed, quoniam accuſatorem, cenſum requirentem, irrideat magis patronus, quam clientem excuſare laboret, iure non relatus eſſe videatur. At facillimo negotio id conficitur. Meminerimus modo, Archiam Heracleenſem quidem fuiſſe, talemque ſe ſemper voluiſſe haberi, ſed domicilium, quod ex lege, qui donandus erat, in Italia haberet, neceſſe erat, in ipſa Vrbe habuiſſe. Itaque, domicilii loco decernente, nouis illis VIII. tribubus, in quas reliqui extra Vrbem, in vicinis ciuitatibus, viuentes coniiciebantur, adſcribi vt nolebat, ita non poterat; ſed expectare debebat, dum legitimo cenſus anno, h. e. 668. vbi luſtrum LXVII. condendum erat, tribui alicui ex XXXV. veteribus adderetur. Quod tamen, quum cenſus tempore Roma abeſſet, fieri non potuit. Sed, vt quaſi vno intuitu, quae ad vitam et fata Archiae pertineant, contemplari liceat, age, ex iis, quae iam diſputata ſunt, notabiliora colligamus et tanquam in tabula proponamus.

Natus eſt Archias Antiochiae, quae vrbs eſt Syriae nobiliſſima, anno V. C. 636. M. Porcio

cio Catone et Q. Marcio Rege Coss. Olymp. CLXV, 3. si verum est, quod Cicero ait, eum praetextatum, hoc est, annum XVI. agentem Romam venisse. Pueris vbi excesserat, et varia atque egregia ingenii sui dederat specimina, relicta patria vrbe, Asiae ·rtem cunctamque Graeciam peragrare institu.. Quo itinere quum etiam in Italiam delatus esset, anno 652. Mario et Catulo Coss. Romam venit. Statim Luculli ita delectati sunt homine, vt eum domum suam reciperent. Nec tamen his solum iucundus fuit, sed etiam aliis principibus, M. Aemilio, L. Crasso, Q. Catulo, Druso, Catoni, Octauiis, Hortensiis; inprimis carus fuit Metellis, Numidico et Pio. Quum a. 663. L. Lucullus in Ciliciam profectus esset, vt in Sullae, qui pro praetore ei prouinciae praeerat, contubernio rerum bellicarum ciuiliumque cognitionem sibi acquireret, hunc Archiam socium secum habuit. Redux ex illa prouincia (a. 664.) apud Heracleenses, vt Archiam ciuitate donarent, effecit. Romam deinde reuersus, quum a. 665. lex a Silano et Carbone de ciuitate peregrinis foederatae ciuitati adscriptis, danda lata esset, Romae ciuitatem petiit, eamque quum per se, tum Luculli commendatione impetrauit. In Vrbe, et quidem in Lucullorum domo videtur mansisse vsque ad an. 666., vt a. 665., si censores Iulius et Crassus Romanum populum censuissent, omnino in censum venire debuisset. Nam eo tempore, sub Marsici belli calamitate, quum Sulla legatus Cn. Pompeii consulis esset, Lucullus nondum apud eius exercitum fuit, vt suspicari quis posset, eum Archiam secum habuisse, sed Cicero sub illo

militiae

militiae ſuae tirocinia poſuit (v. Plutarch. Cicer. p. 862. A. Cic. Philipp. XII, 11. de Diuin. I, 33.). Quare autem, Romae quum eſſet poeta cum patrono ſuo, Lucullo, a cenſoribus in annum iſtum creatis cenſus non ſit, id obſcurum erit nemini, qui ſciuerit, illos cenſores in nouis VIII. tribubus condendis, in quas ſocii deſcriberentur, non in Romano populo, ad quem Archias, Romae per XIII. annos verſatus, pertinebat, cenſendo occupatos fuiſſe. Anno vero 666. cum L. Lucullo, qui a Sulla in Graeciam praemiſſus erat, vt ei Mithradatis copias perſecuturo claſſem cogeret, profectus, Romae non fuit vsque ad an. 674., quo Lucullus per omne illud tempus quaeſtor in Aſia, vt an. 675. aedilitatem caperet, reuerſus eſt; qua re factum, vt cenſus anno h. e. a. 668. Archias Roma abeſſet, nec in tabulas cenſorias referri poſſet. Cum Lucullo eo tempore praeter Archiam fuit Antiochus philoſophus, Philonis auditor: quum enim, Murena bellum in Ponto gerente, in alta pace Ciliciae quaeſtor praeeſſet: in nulla re vtilius videbatur ei tempus collocari, quam in poeſeos et philoſophiae ſtudio. Neutri magiſtrorum operae fructus defuit: nam, qualem orationis Graecae, et verſus Latine et Graece ſcribendi facultatem ſibi, Archia duce, compararit, vel illud argumento ſit, quod contendere auſus eſt, ſe Marſicum bellum Graecis velle verſibus deſcribere; quamquam proſaica oratione illud poſtea ſcripſerit, vt Plutarchus (Lucull. p. 492. A.) et Cicero (ad Attic. I, 19.) teſtantur; et philoſophiae quam deditus fuerit, quamque minime contemnendos in ea progreſſus fecerit,

quae

quae Cicero in Academicis eum ergregie disputantem facit, docere poterunt. Ab anno 674. vsque ad a. 677. Romae fuit; quo anno quum Lucullus in Africam pro praetore proficiſcebatur, ei ſe ſocium iunxit; reuerſus a patrono ſuo ad aerarium in beneficiis delatus eſt (p. Arch. 5.). Poſtea Romae fuit vsque ad an. 681. vbi Lucullo imperatoria poteſtate in Aſiam profecto ſe cum Antiocho (Acad. IV. I.) dedit comitem. Quum per ſeptem annos ſpectator admiratorque rerum Luculli per magnam Aſiae partem geſtarum fuerat, anno 688. Romam cum imperatore rediit. Romae ab eo tempore ſemper verſatus eſt. Nam, quum Lucullus a C. Memmio peculatus accuſatus (a. 688.), abalienatis ab eo populi animis, triumphum non niſi Cicerone conſule anno 691., hoc eſt, triennio tardius, quam debebat (v. Cic. Acad. l. c.) poſſet conſequi, quum aliis de cauſis, non veriſimile eſt, Archiam Roma discesſiſſe, tum, vt honorum imperatoris ſpectator eſſet. Non magis etiam ſequentibus annis, quum Lucullus, licet ſumma apud ſenatum eius eſſet rerum gerendarum exſpectatio, ſe otio ac voluptati dederat, Vrbem, aut Luculli villam videtur reliquiſſe, vsque dum a. 693. a Gratio quodam, vel Gracco de ciuitate reus fieret. Mihi quidem, quum de Gratia gente nihil nouerim, melius placet, ſi Gracchus Archiae accuſator fuiſſe creditur. Eſt is Numerius Quinctius Gracchus, qui, tribunus pl. et partium Clodianarum, P. Cornelio Lentulo Spinthere et Q. Caecilio Metello Nepote Coſſ. (a. 697.), quum omnes magiſtratus de Ciceronis reditu promulgaſſent, ſolus cum



eum collega Sex. Atilio Serrano, et vno praetore, App. Claudio, P. Clodii fratre, conſentire noluit (v. p. Sext. 33. 38. et in Piſon. 15.). Haud dubie filius fuit illius Gracchi, qui primum ſeruus, deinde libertinus, ſe pro Ti. Gracchi filio gerebat, et artibus L. Apuleii Saturnini a. 654. C. Mario VI. et L. Valerio Flacco Coſſ. tribunus pleb. cum eo factus, Capitolium occupauit (v. p. Rabir. Perd. 7. p. Sext. 47.), et quem, quia ſe Gracchi filium mentiri conſtabat, a. 652. Q. Caecilius Metellus Numidicus cenſor, contra vim incitatae multitudinis, cenſu prohibuit (Cic. p. Sext. 47. et Aurel. Vict. VV. ill. 62.): illum enim et Victor (l. c.) Quinctium vocat, et Valerius Maximus (III, 8. IX, 7. 15.) ſi pro *Equitium*, quod librarii intulerunt, *Quinctium* legimus, nomen illud furioſo homini fuiſſe, confirmat. Quod ſi Gracchus ille accuſator Archiae fuit, fieri poteſt, vt idem illud, quod Cicerone defendente, iudicum ſententiis abſolutus eſt, cauſa odii in patronum eius ſuſcepti extiterit; data deinde opportuniſſima occaſione, quum magiſtratum gerebat, explere illud ſtuduit. Haec ſunt fere, quae de vita et rebus geſtis Archiae ex hac oratione poſſunt erui. Liceat nunc de ingenio poetae, de ſcriptis eius, tum iis, quae adhuc habemus, tum quae temporis iniuria omiſſa dolemus, et de iudicio, quod Cicero de eo facit, breui adhuc diſputare.

V.

Quod Tullius ſuſpicatur, Gracchum, adverſarium Archiae, quaeſiturum a ſe eſſe, cur

tanto-

tantopere hoc nomine delectetur; id cuiuis nostrum, qui orationem pro illo habitam legerit, videritque, quo animo, qua admiratione, et quanta pietate poetam defendat, quaerere in mentem veniat necesse est. Neque enim in eo nobis licet acquiescere, quod profiteri eum audimus, suppeditatum ab eo sibi esse, vbi et animus ex forensi strepitu reficeretur, et aures conuicio defessae conquiescerent: nam illa semper remanet in animo dubitatio, verene talis fuerit Archias, qui Ciceroni, tam varia doctrina exculto, tam acri veri et pulchri diiudicandi facultate instructo, placere potuerit, an caussis, quae aliis latebant, hic tantum se fructum ex ingenio eius et consuetudine percepisse simulet. Fieri certe posse, vt aliam caussam sui in eum amoris praetenderit, aliam vere habuerit, vt simulatorem quodammodo egerit, id quidem non negabit, qui variam animi eius indolem, et iudiciorum de rebus iisdem inconstantiam aliunde perspectam habuerit, quique nouerit, illa religione, qua homines verentur, alia ore dicere, alia animo sentire, celeberrimum Romanorum oratorem, non vbique aut semper teneri. Multum igitur quum ad oratoris laudem, tum ad nostri animi intentionem, et iudicii moderationem interest, scire, verene quae de poetae facultate commemorata legimus, ita se habuerint, an non. Quare non vereor, ne aut ego male curiosus cuiquam videar, si in rem istam paulo accuratius inquiram, aut ii, qui praecedentia attentione sua digna iudicarint, ab hac curiositate, quae ad ingenium eius perquirendum valet, cauendum sibi arbitrentur.

Quae

Quae ex Cicerone nouimus, pauca ſunt illa quidem, at ſumma digna animi aduerſione: nam cap. 8. ita legimus: *Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, quum literam ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum verſuum de his ipſis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore! quoties reuocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque ſententiis! Quae vero accurate cogitateque ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenirent.* Vtinam fortuna Archiae operibus peperciſſet, vt noſtro ſtudio, noſtra diligentia exquirere poſſemus, an vera eſſent, quae Cicero h. l. dicit. Nam quod primo loco laudat, id quidem incredibilem animi agilitatem et celeritatem ingenii indicat; non tamen efficit, vt Archiam in ſummorum poetarum numero ponamus. Scilicet aliud eſt, multos verſus poſſe ex tempore fundere, aliud, aptos, concinnos et elegantes verſus ſcribere. Similem laudem ab eo fert Antipater Sidonius Orat. III, 50. vbi Craſſum ad Catulum ita loquentem facit: *Quod ſi Antipater ille Sidonius, quem tu, Catule, probe meminiſti, ſolitus eſt verſus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingenioſi ac memoris valuit exercitatio, vt, cum ſe mente ac voluntate conieciſſet in verſum, verba ſequerentur.* Et hunc, certum eſt, mediocrem fuiſſe poetam, quod epigrammata eius, quorum magna pars ſupereſt, vnumquemque edocere poſſunt. Nonne melius eſt, verſus ſcribere doctos et elegantes, etiamſi paucos intra diei ſpatium abſoluas,

ſoluas, quam immenſam multitudinem fundere inconditorum et nugis refectorum? De Virgilio ſcimus, paucillimos eum verſus compoſuiſſe (Quinctilian. X, 3. 8.) et, quia ſolutus erat mane plurimos verſus, vt impetus ferret animi, dictare, et per reliquam diem retractando et corrigendo ad pauciſſimos redigere, ipſum de ſe non dubitaſſe dicere, vrſino ſe more ac tritu verſus parere, et lambendo demum effingere (v. Gell. N. A. XVII, 10.). Sed quid huius oratione doctius? quid verſu comtius et terſius? quid iudicio ſubactius? Hac igitur laudis parte, quod, ſi res tuliſſet, magnum verſuum numerum ex tempore dixiſſet, poetam commode potuiſſe carere exiſtimo: nam etiamſi vera ſit, nec auxerit rem orator pro more ſuo, tamen nihil efficitur, niſi hoc, facilem Archiae venam fuiſſe, non item, fluxiſſe puram. Eodem modo ſtatuo de eo, quod ſequitur, poetam, quoties reuocatus eſſet ad rem, quam iam ante celebraſſet, toties eam dixiſſe commutatis verbis ac ſententiis: nam intelligimus copia verborum et formulas dicendi inſtructum eum fuiſſe, non iudicio eum vſum in eligendo, ſtudio in accommodando, cura in componendo. Grauiora ſunt quae vltimo loco Orator commemorat: *quae vero accurate cogitateque ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenirent.* Sed, niſi fallor, non ſine ſumma cautione haec interpretanda erunt: cur enim Cicero, vir tanta doctrinae et eruditionis fama, et tanta auctoritate, ſuum non interponit iudicium, ſe, quae cogitate ſcripſiſſet Archias, non poſſe non probare, et veterum ſcriptorum laude digna iudi-

iudicare? Cur ab aliis ait ſe vidiſſe probari? Quae addit deinde: *vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenirent*, non id ſpectare videntur, vt eorum, quae poeta cogitate ſcripſiſſet, pretium magnum fuiſſe intelligamus, ſed celebritatem ac famam; nonne vero fama et celebritas a fortuna eiusque ludibrio pendet? Quoties ignorantia, mos ſeculi, ſenſus veri corruptus, cauſa famae eſt, quam vulgus ignobile moderatur et auget? Ex hoc ergo, quod probata fuerint Archiae ſcripta, et in admiratione habita, vt cum veteribus ſcriptoribus de fama potuerint concertare, non ſequitur illud, vt elegantia, nitore, ſimplicitate priſtinis paria fuerint. Cur Cicero etiam adhibet incertum illud: *ſcripſiſſet*, vt eorum, quos probare vult Archiae carmina, iudicio tribuat, eos pro accurate et cogitate ſcriptis ea habuiſſe, non ipſe, ſuo iudicio rei auctoritatem conciliet, dicens, *ſcripſerat*, vel *ſcripſit*? Nonne ſtudio ita videtur feciſſe, vt omnia, quae in Archiae laudem proferret, aliorum magis opinionem exprimerent, quam, quae ipſe ſentiret? Nam ſi verba vrgeamus, et paulo liberius circumſcribamus, ea quae Archiae laudes illuſtrare reperiuntur, huc redeunt: *Quae putabatur accurate et cogitate ſcripſiſſe, ea ſic vidi probari, vt eadem fere laude ornarentur, qua veteres ſcriptores excellebant.* Sed haec iam in medio relinquamus, vsque dum commodior de iis dicendi occaſio fuerit; videamus potius, quae ex ſcriptis Archiae ad noſtram notitiam peruenerint. Primo loco commemoranda ſunt duo carmina epica, alterum *de bello Cimbrico*, alterum *de bello*

Mithri-

Mithridatico. (vid. Cic. p. Arch. 9. Ad Attic. I, 16.) In animo habere visus est res Metelli Numidici scribere (ad Attic. l. c.); incertum tamen, an vere scripserit. Versibus etiam expressit *haruspicum responsum de Q. Roscio Comoedo*. Quum enim noctu, lumine apposito, nutrix animaduertisset, puerum dormientem et implicatum serpentis amplexu, pater nutricis clamore commotus ad haruspices retulit. Responderunt, nihil illo clarius, nihil illustrius fore. v. Cic. de Div. I, 36. De eo carmine, quod de consulatu Ciceronis scripturus erat, et quod, tum, cum causa eius agebatur, iam attigerat et inchoauerat, nihil neque ex aliis Ciceronis locis, neque ex aliorum scriptorum testimonio constat, perfectum fuerit, nec ne. Tria tantum carmina, quae apud Ciceronem commemorantur, certa sunt; epica duo, *bellum Cimbricum* et *bellum Mithridaticum*, et vnum in Roscii laudem, *Responsum haruspicum*. Sed dolendum est, nihil de his ad nostra tempora seruatum esse, ne fragmentum quidem, quod mihi quidem innotuerit. Praeter haec vero alia scripsit carmina, ad breuiorem Graecorum poesin pertinentia, quorum partem seruant Analecta Brunckiana T. II. p. 92. et 528. At ne quis omnia, quae ibi Archiae nomen prae se ferunt, Archiae Antiocheni esse existimet, sciendum est, plures fuisse huius nominis poetas, qui in Codice Vaticano, teste Brunckio (in not. ad Anal. T. III. p. 148.) distincti sunt. Fuit Archias Mitylenaeus, cui tribuuntur epigrammata XXI. XXII. XXIV. XXXI. cuius etiam Brunckio videtur esse carmen XXV. Carmen XXXII. titulum habet

bet 'Ἀρχίου Μακεδόνος: at gentile nomen a recentiori additum manu est. Carmen XXXIII. Archiae Bysantio tributum. Carminis IV. titulus est 'Ἀρχίου Γραμματικοῦ, et XX. (ap. Reisk. in Anthol. Cephal. n. 759.) 'Ἀρχίου νεωτέρου. Reiskius (in Notit. poet. Anthol. p. 197.) putat, posse illud νεωτέρου inepto Graeculo imputari, aut coniici 'Ἀρχύτου pro 'Ἀρχίου. Fuit etiam Archias Thurius, τραγῳδιῶν ὑποκριτής, de quo Plutarchus in Demosthene (p. 859.); ad quem tamen nihil ex Anthologia referendum arbitror. Detractis igitur illis carminibus, quae aliis adscripta sunt poetis eiusdem nominis, remanent carmina XXVI. nostro Antiocheno tribuenda. Haec sunt fere, quae de carminibus poetae nostri scimus. Iam si quaeritur, quid pretii ingenio Archiae et rationi poeticae statuendum sit, sponte intelligitur, id ex iis tantum iudicari posse monumentis, quae adhuc extant, hoc est, ex breuioribus carminibus et lusibus, quum maiorum illorum, quae perierunt, ne vnus quidem, quantum ego scio, superfit versiculus. Fortasse tamen non iniucundum erit in epicorum carminum inscriptiones inquirere. Primum carmen, quod Archias adolescens condidit, illud est, quod *Bellum Cimbricum* inscriptum erat; et quum a Mario, qui tamen durior ad haec studia erat, gratiam inierit, facile suspicamur, Marium principem fuisse personam, vel, quem dicunt, carminis heroem. Non tamen satis perspicuum est, vtrum totum bellum Cimbricum, infesto Romanis Marte ab an. V. C. 641. vsque ad an. 653. gestum, carmine persecutus sit, an postremos tantum annos 652. et 653. vbi Marius IV. et V. Consul Teuto-

Teutonum et Ambronum copias ad Aquas Sextias deleuit, et cum Catulo proconſule Cimbros ad Vercellas concidit. Interim, niſi gloriae cupiditas, qua Romani maxime ducebantur, et qua laudari et praedicari de ſe volebant, quodammodo ſponderet, non clades a Cimbris acceptas celebratas eſſe, ſed victorias a Mario eiusque collega Catulo reportatas, praeſumi tamen id poſſet per nimiam, quam carmen, totum bellum complectens, nacturum fuisſet, magnitudinem.

Nam quantum materiae praebuiſſent Cimbrorum errores, et quum nouas ſedes toto orbe quaererent! Quam ampla futura fuiſſet pugnae deſcriptio cum Cn. Papirio Carbone apud Norciam a. V. C. 641. et fugae Conſulis cum Romanorum clade! Quot libros expleri neceſſe fuiſſet, ſi depingendum putaſſet, vt barbari Heluetiam inundaſſent, et adſcitis in ſocietatem Tigurinis, Galliam vaſtare coepisſent (a. V. C. 642.); deinde, quum in Italiam remigraſſent, et rogaſſent, vt Martius populus ſibi aliquid terrae daret, et, quia non impetraſſent, M. Iunium Silanum Conſ. a. V. C. 645. et ſequente M. Aurelium Scaurum penitus fudiſſent! Qualem campum in deſcriptiones et variationes excurrendi, fortunae machinationes inſinuandi, morum diuerſitates notandi poeta ſibi aperuiſſet, ſi narrare voluiſſet, vt Tigurini Heluetii L. Caſſium Longinum Conſ. (a. V. C. 647.) cum exercitu deleuiſſent, Romanosque ad turpem pactionem adegiſſent; in quantas calamitates Q. Caepionis avaritia et ſacrilegium in templo Toloſano commiſſum et

odia



odia ductum et mutuae obtrectationes Romanum nomen coniecissent; si exponere ei placuisset, quanta internecione exercitus Romanus, quae imperatores delirarant, luisset, quale damnum Tectosagorum et Ambronum inprimis (Eutrop. 5, 1.) atrocia intulisset; si commemorandum duxisset, quas vastationes a Cimbris expertum esset, quidquid inter Pyrenaeum et Rhodanum est, vsque dum Cimbri ex Hispania a Celtiberis fugati et in Galliam reuersi, Teutonibus, crudelitate, saeuitia, et arma tractandi peritia vel paribus vel etiam superioribus se iunxissent! Et haec omnia pertractanda carmine fuissent, antequam ad Marii, cui primae deferendae erant, res gestas peruenisset. Nonne vero, si tam amplam materiam in carmen voluisset diducere, et omnes rerum vicissitudines, clades, victorias, contentiones, inuasiones et vastationes, accurate expingere et mentis oculis, quasi fierent, subiicere, in tantam magnitudinem creuisset carmen, vt Nonni Dionysiaca amplitudine superasset, et multo maius volumen confecisset, quam Anticatones Caesaris (Iuuenal. VI, 337.)? Nisi forte statuere malimus, eum historicum egisse, et luminibus istis poeticis, fictionibus, episodiis, quae Homericae poesi maximum ornamentum praebent, carmen suum defraudasse. Sed tunc aeque ridiculus fuisset, ac Horatianus poeta Cyclicus, qui ita inceperat:

Fortunam Priami cantabo et nobile bellum,

et vereor, vt Cicero, etiamsi paulo impudentior fuisset, talem metricum hominem et versuum χαλκεύτην, tanquam poetam egregium

iudicibus commendare ausus esset. Quare persuasum mihi habeo, poetam eatenus tantum bellum illud atrocissimum et Romanorum rebus maxime periculosum celebrasse, quatenus Marii virtus id administrarit, et occasionem inclarescendi et latius lumen suum effundendi nacta sit. Haud dubie finis primarius, quem consequi studebat, hic fuit, vt doceret, *actum fuisse de Romanis, nisi Marius illi seculo contigisset* (v. Flor. III, 3.). Spatium temporis, intra quod res suas Marius gessit, duo annos complectitur, et ad carmen aptissimum est; et si poeta vel arte polluerit vel natura valuerit, non solum istud, quod Marii virtus per hos annos edidit, ita apte connectere potuit, vt lectores vno intuitu omnia caperent, verum etiam, quae superioribus annis calamitates populo Romano acciderant, quod vel memorabile ex iis erat, vel ad Marii laudes illustrandas necessarium, id suo loco intexere. Neque verendum est, vt rerum defuerit aut magnificentia aut varietas: nam in tertio consulatu (651.) Tectosages devicit, vbi Sylla, legatus eius Copillum ducem illorum cepit (v. Plutarch. Syll. p. 492.); in quarto consulatu (652.) ad Aquas Sextias (*Aix en Provence*) Teutones et Ambrones trucidavit, et pene exstirpauit; nam duobus proeliis ducenta millia caesa, capta vero nonaginta dicuntur, vt vix quatuor millia euaderent (Liv. Epit. 68.); in quinto consulatu Cimbros cum Q. Catulo huiusque legato L. Sylla ad Vercellas deleuit, quum caesa centum et quadraginta millia, capta sexaginta essent. His addamus, quae in muniendis castris fecerit, qua arte, quanta audacia et sollertia Fossam, inter Oceanum



num et Rhodanum, quae ab ipſo nomen habebat, duxerit et muniuerit, vt naturam quaſi compeſcuerit et morem ſibi gerere coegerit; et ſtatuere poterimus, quantum inde carmini acceſſerit grauitatis et ornamenti, quantum lectoris animo delectationis. Nec deeſſe potuit Teutobochus, rex Teutonum, ſtaturae proceritate non magis formidabilis, quam arte equos quaternos ſenosque tranſiliendi: vix enim credibile eſſet, eum, qui in triumpho Marii inſigne ſpectaculum fuit, ad ſpectacula rerum, quae carmine exhibenda erant, non fuiſſe adhibitum. Eodem modo Boiorix, Cimbrorum rex, qui ad Vercellas in acie dimicans, impigre nec inultus occubuit (Flor. III, 3.), virtute ſua Marii virtuti lumen accendere potuit; plus enim gloriae fert, qui vinci poſſe docet, qui non poſſe videntur, quam qui ab imbelli, ſine ſudore, victor diſcedit. Si denique perpendimus, quomodo mulieres Teutonum Cimbrorumque ſe geſſerint, quum Romanis non minor cum illis, quam cum viris pugna eſſet, vt viros fugientes clamore horrido aduerſus hoſtes repulerint, exemplo ſuo incenderint, ipſae ex carpentis lanceis contisque pugnarint, et, vbi victos viros et commiſſos viderant, vt pudicitiam tuerentur, a victore petierint, vt Veſtalibus dono mitterentur, et, re non impetrata, ſuſpendio et laqueis ſpiritum ſibi eripuerint (Val. Max. VI, 1. Flor. III, 3.). Quid fortius ad permouendum futurum fuiſſe, quid plus delectationis allaturum putabimus? Profecto Archias, ſi quid fuit in eo ingenii, et ratio aliqua canendi et facultas, plus ad Marii gloriam et prope diuinos honores et ortam inde Reipubli-

cae calamitatem contulisse putandus est, qua libationes ad sacra mensarum, quae nuntii de Cimbrorum clade sequebantur (Val. Ma VIII, 15, 7.), aut plebis Romanae clamor quibus tertius Romae conditor ferebatur (P tarch. Mar. p. 421.).

De bello Mithridatico, quod carmine eo expressum est, quale argumentum fuei quantusque eius ambitus, per ipsum Cicei nem certiores simus: Dicit nimirum Orat (cap. 9.): *Mithridaticum vero bellum, m gnum atque difficile, et in multa variet terra marique versatum, totum ab hoc pressum est; qui libri non modo L. Luc lum, fortissimum et clarissimum virum, rum etiam populi Romani nomen illustra* Clare ex his verbis intelligimus, totum belli a L. Lucullo, ab a. 680. vbi consul in Asi profectus erat, vsque ad 688. quo anno a m tibus destitutus, tot laborum victoriarumq fructum Pompeio concedere cogebatur, ce bratum esse. Res, quae materiam carm praebuerunt, paulo post a Cicerone adumbra tur: *Populus enim Romanus*, inquit, *aperu Lucullo imperante, Pontum et regiis quo dam opibus et ipsa natura regionis vall tum; populi Romani exercitus, eodem dui non maxima manu innumerabiles Armeni rum copias fudit; populi Romani laus e vrbem amicissimam Cyzicenorum, eiusde consilio, ex omni impetu regio, erepta esse atque seruatam; nostra semper feret et praedicabitur, L. Lucullo dimican cum interfectis ducibus depressa hostium cl*



sis, et incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis; nostra sunt tropaea, nostra monumenta, nostri triumphi. Hic breuem habemus rerum in isto carmine pertractatarum delineationem. Nec morari quenquam debet, quod vltimo loco pugnam apud Tenedum commemorat, quae tamen in an. 681. incidit, et de vltimis eius operibus memorabilibus, de capta a. 685. Tigranocerta, quod caput erat Armeniae, et Nisibi, nobilissima eiusdem regni vrbe, sub finem a. 686. vel initio a. 687. expugnata, nullam mentionem facit: etenim non putabat, ad Oratoris laudem pertinere historica sollicitudine eo omnia ordine, quo acciderant, narrare, aut illa religione, vt nihil plane omitteretur, nimis animo teneri. Ceterum, quum his Luculli laboribus atque vigiliis deberetur, quod Asia a Mithridatis furore liberata esset, seruata maxima vectigalia, et salui imperii Romani socii: facile apparet, quomodo magna haec res et digna epica exornatione Archiae videri debuerit; et quia iam sua luce virtus illius imperatoris splendebat, vbi haec epica lux, ab homine felicissimi ingenii profecta, accesserat, quo ea splendore animos perstrinxerit, nemo, nisi qui poesi eiusque efficaciae pretium statuere nescit, non poterit existimare. Vnum, quod reprehendi in poetae delectu posse videtur, hoc est, quod materia nimis ampla fuit, et ipsa sua magnitudine laborauit: nam tot expeditiones, proelia, caedes, expugnationes, proditiones connectere, et in aliquam actionis vnitatem cogere, et per partes deinde digerere, ne Homerus quidem potuisset, nedum Archias. Quid de Haruspicum Responso de Roscio comoedo,

moedo verſibus ab Archia expreſſis ſtatuendum ſit, non putem dictu eſſe difficile: haud dubie epigrammatis ſpeciem habuit, et cum re, quae occaſionem dederat, breuiter indicata reſponſum illud in carmen deductum exhibuit.

Nunc ad breuiora carmina deuenio, quae adhuc extant; quae eo minus negligenda ſunt, quod, horum ope, coniectura aliqua ſtatuere poſſumus, qualia maiora fuiſſe arbitremur, ſcimusque, quomodo luctum de iactura eorum temperemus. Haec carmina, quae partim in Anthologia Planudea, partim in Cephaliana extant, coniuncta exhibuit Brunckius, vt iam ſupra monui, in Tom. II. Anal. Sed iuuat h. l. tabulam appoſuiſſe, vnde intelligere liceat, vbi ante Brunckium lecta ſint. Sequor ordinem Brunckianum.

Carm. I. Reiſk. Tom. IX. Miſcell. Lipſ. n. 300.

Carm. II. in Anthol. Wechel. lib. VII. p. 625. vbi cum alio carmine Nicarcho tributo cohaeret.

Carm. III. in Anthol. Wechel. lib. VII. p. 631. ſine nomine.

Carm. IV. in Anthol. Cephal. n. 452.

Carm. V. in Anthol. Cephal. n. 461.

Carm. VI. VII. VIII. IX. in Anthol. Wechel. lib. VI. cap. 15. p. 565. ſeq.

Carm. X. in Anthol. Cephal. n. 450.

Carm. XI. in Anthol. Wechel. lib. VI. cap. 8. p. 557.

Carm. XII. in Anthol. Wechel. lib. IV. cap. 7. p. 446. ſed ſine nomine auctoris.

Carm.

[redacted]

Carm. XIII. in Anthol. Wechel. lib. IV. cap. 12. p. 465.

Carm. XIV. in Anthol. Wechel. lib. IV. cap. 10. p. 460. vbi ab aliis Luciano, ab aliis Archiae tribui, notatur.

Carm. XV. in Anthol. Wechel. lib. I. cap. 35. p. 73.

Carm. XVI. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 56. p. 111.

Carm. XVII. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 38. p. 79.

Carm. XVIII. in Anthol. Wech. lib. III. cap. 14. p. 344.

Carm. XIX. in Anthol. Wech. lib. IV. cap. 18. p. 489.

Carm. XX. in Anthol. Cephal. n. 759.

Carm. XXI. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 22. p. 46.

Carm. XXII. in Anthol. Wech. lib. III. cap. 8. p. 321.

Carm. XXIII. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 60. p. 124.

Carm. XXIV. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 33. p. 65.

Carm. XXV. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 33. p. 69. ſed Leonti tribuitur.

Carm. XXVI. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 87. p. 173.

Carm. XXVII. in Anthol. Wech. lib. IV. cap. 8. p. 448.

Carm XXVIII. in Anthol. Wech. lib. III. c. 24. p. 380.

Carm. XXIX. in Anthol. Wech. lib. III. c. 24. p. 382.

Carm. XXX in Anthol. Cephal. n. 574.

Carm.

Carm. XXXI. in Anthol. Wech. lib. I. c. 15. p. 27.

Carm. XXXII. in Anthol. Wech. lib. III. c. 14. p. 346.

Carm. XXXIII. in Anthol. Wech. lib. III. c. 22. p. 371.

Carm. XXXIV. in Anthol. Wech. lib. III. c. 34. p. 420. ſed ſine nomine auctoris.

Carm. XXXV. (T. II. p. 528.) in Anthol. Wech. lib. III. c. 14. p. 347. ſine nomine auctoris.

Praeter haec XXXV. carmina in Planudea ſex alia Archiae tribuuntur, quorum quinque Brunckius Leonidae Alexandrino addidit, vnum ad Ἀδέσποτα reiecit, nihil commonefacto lectore, quas cauſas ſecutus ſit.

I. Anthol. Pl. lib. I. c. 1. p. 1. apud Brunck. T. III. inter ἀδέσποτα n. CCCCLIII. p. 247.

II. Anthol. Pl. lib. I. c. 5. p. 12. ap. Br. Leonidae Alex. T. II. n. XXXV. p. 197.

III. Anthol. Pl. lib. I. cap. 14. p. 30. ap. Br. Leonidae Alex. T. II. n. XXIX. p. 196.

IV. Anthol. Pl. lib. I. cap. 33. p. 63. ap. Br. Leonidae Alex T. II. n. XXXVI. p. 197.

V. Anthol. Pl. lib. I. cap. 71. p. 152. ap. Br. Leonidae Alex. T. II. n. XLII. p. 199.

VI. Anthol. Pl. lib. I. cap. 87. p. 173. ap. Br. Leonidae Alex. T. II. n. XXXI. p. 196. vbi monet in notis p. 176. in Cod. Vatic. titulum eſſe τȣ̃ αὐτȣ̃, et praecedere epigramma Leonidae.

Detra-

Detractis igitur his vltimis ſex carminibus quae Codex Vaticanus Leonidae Alexandrino tribuit et octo illis, quae idem Codex aliis poetis, cum noſtro nihil niſi nomen commune habentibus, adſcribit, apud Brunckium n. IV. XX. XXI. XXII. XXIV. XXXI. XXXII. XXXIII. quibus addi poſſunt n. XIV. et XXV. quia in Planudea Anthologia hoc Leonti, illud ab aliis quidem Archiae, ab aliis tamen Luciano vindicatur, remanebunt *viginti quinque* carmina, quae vnanimi conſenſu Archiae noſtro tribui videas, quibusque, ſi vel ipſe ferre iudicium, vel quod Cicero iudicauit, id illuſtrare volueris, vti debeas. In his, ſi ſinceros eſſe iuuat rerum aeſtimatores, nihil inuenimus, quod admiremur, nonnulla, quae laudemus, non pauca, quae reprehendamus. Non enim eo fuit ingenio, quod ſibi ipſi confideret, ſua vi ſe erigeret, in rebus reperiundis felicitatem aliquam proderet; ſed plerumque alios, quos quaſi duces ſibi elegerat, quum in rerum delectu, tum in dictione ſecutus eſt, et, ſi quae virtutes carmina eius honeſtant, aut ſi quae vitia deturpant, ea omnia ex illorum monumentis in ſua opera transtulit. Illam viam ingreſſus eſt, quam monſtrarat Leonidas Tarentinus, circa Olymp. 126. clarus, hoc eſt, ea argumenta, quae antiquiores poetae Simonides, Anacreon, alii, pertractanda elegerant, grauia et poeſeos lumine digna, illo duce deſeruit, et ad res ſe demiſit, quae aut plane non carmine exornari poſſunt, aut ea ſimplicitate debent, quae cum rei dignitate congruit. Quum ante Leonidam in epigrammatis clypei occurrunt, victores in ludis, equi, imagines deorum dearumque; in hoc longe

longe alium morem inuectum, mireris; nihil fere, nisi fabrorum, pastorum, venatorum, piscatorum instrumenta, vestimentorum varia genera, animalia commendata ab eo legimus. Leonidae vestigia pressit Antipater Sidonius, Meleagri aequalis, quod ex epitaphio, quod hic in illum composuit, quodque ap. Brunck. T. I. p. 35. n. CXXIII. (in Anthol. Cephal. n. 620.) legitur, intelligimus, clarus ab Olymp. 158. vsque ad Olymp. 171. (v. Reisk. Not. poet. Anthol. p. 185.), et cum eo et rerum delectu et verborum ornatu certauit; conferantur in hanc rem Leonidae c. XL. et Antipatri XXXII. Leon. XLVII. Antip. XXIX. Leon. LVII. Antip. XXXVII. Leon. LXXI. Antip. LXXXV. et LXXXVI. vbi seruiliter imitatur, et Leon. XL. Antip. XXXI. Leon. LXXXI. Antip. XLVII. vbi argumenta elegantiora ornatu donare studet. Archias vtrumque, Leonidam et Antipatrum, imitatus est; vtriusque igitur vitia simul et virtutes apud eum licet deprehendere. In hoc vno ab iis discedit, inprimis a Leonida, quod non ampullas proiicit et sesquipedalia verba, quibus ille supra modum delectatur; sed priscae simplicitatis tenacior est, et rarius orationi fucum inducit. Illum vero morem, quem Cicero in laude Archiae ponit, quod eandem rem aliquoties mutatis verbis atque sententiis dicere solitus sit, ab eodem Leonida et Antipatro eum accepisse, eo audacius concludere posse mihi videor, quo clarius docere mihi licet, ab illis id saepe esse factitatum. Legat, qui dictorum veritatem explorare voluerit, Leonidae carm. X. in Posocharen Cynicum Tom. I. p. 222.

Ὁ σκή-



Ὁ σκήπων καὶ ταῦτα τὰ βλαύτια, πότνια Κύπρι,
ἄγκειται κυνικοῦ σκῦλα Ποσωχάρεος,
ὄλπη τε ξυπόεσσα, πολυτρήτοιό τε πήρας
λείψανον, ἀρχαίης πληθόμενον σοφίης·
σοὶ δὲ Ῥόδων ὁ καλὸς, τὸν πάνσοφον ἡνίκα πρέσβυν
ἤγρευσεν, στεπτοῖς θῆκατ' ἐπὶ προθύροις.

et carmen XI. p. 223,

Πήρην, καὶ δέψητον ἀπεσκληρυμμένον αἰγὸς
στέρφος, καὶ βάκτρον τοῦτο τὸ λοιπόρινον,
ὄλπαν τ' ἀστλέγγιστον ἀχάλκωτόν τε κυνοῦχον,
καὶ πῖλον κεφαλᾶς οὐχ ὁσίας σκέπανον·
ταῦτα καταφθιμένοιο μυρικίνεον περὶ θάμνον
σκῦλα Ποσωχάρεος Λιμὸς ἀπεκρέμασεν.

Porro carmen in Anacreontem n. XXXVII. T. I. p. 229.

Πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ
θάεο, δινωτοῦ στρεπτὸν ὕπερθε λίθου,
ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκὼς
ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόναν·
δισσῶν δ' ἀρβυλίδων τὰν μὲν μίαν, οἷα μεθυπλὴξ,
ὤλεσεν· ἐν δ' ἑτέρᾳ ῥικνὸν ἄραρε πόδα.
μέλπει δ' ἠὲ Βάθυλλον ἐφίμερον, ἠὲ Μεγιστέα,
αἰωρῶν παλάμᾳ τὰν δυσέρωτα χέλυν.
ἀλλὰ πάτερ Διόνυσε, φύλασσέ μιν· οὐ γὰρ ἔοικεν
ἐκ Βάκχου πίπτειν Βακχιακὸν θέραπα.

et carmen XXXVIII. p. 230.

Ἴδ' ὡς ὁ πρέσβυς ἐκ μέθας Ἀνακρέων
ὑπεσκέλισται, καὶ τὸ λῶπος, ἕλκεται
ἐστάχρι γυίων· τῶν δὲ βλαυτίων τὸ μὲν
ἔμπως, φυλάσσει, θάτερον δ' ἀπώλεσεν.

μελίσδε-

μελίσδεται δὲ τὰν χέλυν διακρέκων
ἤτοι Βάθυλλον, ἢ καλὸν Μεγιστέα.
φύλασσε, Βάκχε, τὸν γέροντα, μὴ πέσῃ.

Conferantur carm. LXXII. et LXXIII. Eodem modo Antipater Sidonius tubam Mineruae a Pherenico dedicatam bis ornauit carmine T. II. p. 8.

Carm. X.

Τὰν πρὶν Ἐνυαλίοιο καὶ Εἰράνας ὑποφῆτιν,
μέλπουσαν κλαγγὰν βάρβαρον ἐκ στομάτων,
χαλκοπαγῆ σάλπιγγα, γέρας Φερένικος Ἀθάνᾳ,
λήξας καὶ πολέμου καὶ θυμέλας, ἔθετο.

Carm. XI.

Ἁ πάρος αἱματόεν πολέμου μέλος ἐν δαῒ σάλπιγξ
καὶ γλυκὺν εἰράνας ἐκπροχέουσα νόμον,
ἄγκειμαι, Φερένικε, τεὸν Τριτωνίδι κούρᾳ
δῶρον, ἐριβρύχων παυσαμένα κελάδων.

Sic idem in Venerem Spartae armatam duo ſcripſit carmina T. II. Anal. Brunck. p. 15.

Carm. XXXIII.

Καὶ λίθος ὡς Παφίη θωρήξατο, ἢ τάχα μᾶλλον
εἶδε λίθον Φαφίη, καὶ ὤμοσεν· Ἤθελον εἶναι.

Carm. XXXIV.

Καὶ Κύπρις Σπάρτας. οὐκ ἄστεσιν οἷα τ' ἐν ἄλλοις
ἵδρυται, μαλακὰς ἑσσαμένα στολίδας·

ἀλλὰ



ἀλλὰ κατὰ κρατὸς μὲν ἔχει κόρυν ἀντὶ καλύπτρας,
  ἀντὶ δὲ χρυσείων ἀκρεμόνων κάμακα.
οὐ γὰρ χρὴ τευχέων εἶναι δίχα τὰν παράκοιτιν
  Θρακὸς Ἐνυαλίου, καὶ Λακεδαιμονίαν.

In Nioben duo legimus p. 17.

Carm. XLII.

Ταντὰλὶς ἅδε ποχ᾽ ἅδε, δὶς ἑπτὰ τέκνα τεκοῦσα
  γαστρὶ μιῇ, Φοίβῳ θῦμα καὶ Ἀρτέμιδι.
κοῦρα γὰρ προὔπεμψε κόραις φόνον, ἄρσενι δ᾽ ἄρσην·
  δισσοὶ δὲ δισσὰς ἔκτανον ἑβδομάδας.
ἁ δὲ τόσας ἀγέλας ματὴρ πάρος, ἁ πάρος εὔπαις
  οὐδ᾽ ἐφ᾽ ἑνὶ τλάμων λείπετο γηροκόμῳ·
μάτηρ δ᾽ οὐχ ὑπὸ παισὶν, ὅπερ θέμις, ἀλλ᾽ ὑπὸ
          ματρὸς
  παῖδες ἐς ἀλγεινοὺς πάντες ἄγοντο τάφους.
Τάνταλε, καὶ δέ σε γλῶσσα διώλεσε, καὶ σέο κούραν,
  χἀ μὲν ἐπετρώθη, σοὶ δ᾽ ἔπι δεῖμα λίθος.

Carm. XLIII.

Τίπτε, γύναι, πρὸς Ὀλύμπον ἀναιδέα χεῖρα
          νένευκας,
  ἔνθεον ἐξ ἀθέου κρατὸς ἀφεῖσα κόμαν;
Λατοῦς παπταίνουσα πολὺν χόλον, ὦ πολύτεκνε,
  νῦν στένε τὰν πικρὰν καὶ φιλάβουλον ἔριν.
ἁ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας· ὁ δὲ λιπόπνους
  κέκλιται· ἃ δὲ βαρὺς πότμος ἐπικρέμαται.
καὶ μόχθων οὔπω τόδε σοι τέλος, ἀλλὰ καὶ ἄρσην
  ἔστρωται τέκνων ἑσμὸς ἀποφθιμένων.
ὦ βαρὺ δακρύσασα γενέθλιον, ἄπνοος αὐτὰ
  πέτρος ἔσῃ Νιόβα, κ᾽ Ἀίδι τειρομένα.

In

In Homerum, de cuius natalibus ſeptem vrbes certarent, duo eiusdem extant p. 18.

Carm. XLIV.

Ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Ἰθάκη, Πύλος, Ἄργος,
Ἀθῆναι.

Carm. XLV.

Οἱ μὲν σεῦ Κολοφῶνα τιθηνήτειραν, Ὅμηρε,
οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον,
οἱ δ' Ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα,
οἱ δέ νυ τὰν Λαπιθέων ματέρα Θεσσαλίαν·
ἄλλοι δ' ἄλλην γαῖαν ἀνίαχον· εἰ δ' ἐμὲ Φοίβου
χρὴ λέξαι πινυτὰς ἀμφαδὰ μαντοσύνας,
πάτρα σοι τελέθει μέγας Οὐρανὸς, ἐκ δὲ τεκούσης
οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο Καλλιόπας.

Inprimis multa luſit in Myronis buculam, quod celeberrimi artificis opus Athenis erat; nam quinque habemus epigrammata p. 21.

LIV.

Ἁ δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται· ἢν δὲ βραδύνῃ,
χαλκὸς ὁ μὴ νοέων αἴτιος, οὐχὶ Μύρων.

LV.

Ἁ δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται· ἦ ῥ' ὁ Προμηθεὺς
οὐχὶ μόνος· πλάττεις ἔμπνοα καὶ σὺ Μύρων.

LVI.



LVI.

Πηκτόν μοι τὶς ἄροτρον ἐπ' αὐχένι καὶ ζυγὰ θέσθω.
εἵνεκα γὰρ τέχνας σεῖο, Μύρων, ἀρόσω.

LVII.

Εἰ μή μου ποτὶ τᾷδε Μύρων πόδας ἥρμοσε πέτρᾳ,
ἄλλαις ἂν νεμόμαν βουσὶν ὁμοῦ δάμαλις.

LVIII.

Μόσχε, τί μοι λαγόνεσσι προσέρχεαι; τίπτε δὲ μυκᾷ;
ἁ τέχνα μαζοῖς οὐκ ἐνέθηκε γάλα.

Praeiuit, ſi Anthologiae Planudeae ſides, Anacreon, qui duo dedit carmina, in Wechel. p. 445.

Carm. I.

Βουκόλε, τὴν ἀγέλην πόῤῥω νέμε· μὴ τὸ Μύρωνος
βοίδιον, ὡς ἔμπνουν, βουσὶ συνεξελάσῃς.

Carm. II.

Βοίδιον, οὐ χοάνοις τετυπωμένον, ἀλλ' ὑπὸ γήρως
χαλκωθὲν. σφετέρῃ ψεύσατο χειρὶ Μύρων.

Sed Anacreontis hoc eſſe luſus, dubito; perſuaſum equidem mihi habeo, multo ſequioris aetatis fetus eſſe. Primus, qui hoc praeſtantiſſimum opus commendauit carmine, videtur Euenus eſſe, in Anal. Brunck. T. I. p. 165.

Carm.

Carm. X.

Ἡ τὸ δέρας χάλκειον ὅλον βοὶ τᾷδ' ἐπίκειται
ἔκτοθεν, ἢ ψυχὴν ἔνδον ὁ χαλκὸς ἔχει.

Carm. XI.

Αὐτὸς ἐρεῖ τάχα τοῦτο Μύρων· οὐκ ἔπλασα ταύταν
τὰν δάμαλιν, ταύτας δ' εἰκόν' ἀπεπλασάμην.

Hos, Euenum et Antipatrum, subsecuta ingens poetarum multitudo est, qui in commendando hoc artis opere elaborarunt, quorum carmina exhibet Anthologia Wechel. p. 445. Nec intactum Latini reliquerunt, Ouidius A. A. III, 219. ex Pont. IV, 4, 34. Propertius, II, 31, 7. alii. Ita duo Antipater composuit in Sapphus tumulum T. II. p. 25. carm. LXX. LXXI. Quinque item sepulcralia in Anacreontem p. 25. seqq. n. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. quae inter reliquas variationes sunt optimae. Vilissimae autem sunt duo sepulcralia in Praxo, Samiam, p. 29. seq.

Carm. LXXXV.

A. Φράζε, γύναι, γενεήν, ὄνομα, χθόνα. B. Καλλιτέλης μὲν
ὁ σπείρας· Πρηξὼ δ' οὔνομα· γῆ δὲ Σάμος.
A. σῆμα δὲ τίς τόδ' ἔχωσε; B. Θεόκριτος, ὁ πρὶν ἄθικτα
ἁμετέρας λύσας ἅμματα παρθενίας.
A. πῶς δ' ἔθανες; B. λοχίοισιν ἐν ἄλγεσιν. A. εἰπὲ δὲ ποίην
ἦλθες ἐς ἡλικίην. B. δισσάκις ἐνδεκέτις.
A. ἦ καὶ

A. ἦ καὶ ἄπαις; B. οὐ, ξεῖνε· λέλοιπα γὰρ ἐν νεότητι
Καλλιτέλη, τριέτη παῖδ' ἔτι νηπίαχον.
A. ἔλθοι ἐς ὀλβίστην ἱερὴν τρίχα. B. καὶ σὸν, ὁδῖτα,
οὔριον ἰθύνοι πάντα τύχη βίοτον.

Carm. LXXXVI.

A. Εἰπὲ, γύναι, τὶς ἔφυς; B. Πρηξώ. A. τίνος ἔπλεο πατρός;
B. Καλλιτέλευς. A. πάτρας δ' ἐκ τίνος ἐσσί; B. Σάμου.
A. μνᾶμα δέ σου τὶς ἔτευξε; B. Θεόκριτος, ὅς με σύνευνον
ἦγετο. A. πῶς δ' ἐδάμης; B. ἄλγεσιν ἐν λοχίοις.
A. εἰν ἔτεσιν τίσιν εὖσα; B: δὶς ἕνδεκα. A. παῖδα δὲ λείπεις;
B. νηπίαχον τρισσῶν Καλλιτέλη ἐτέων.
A. ζωῆς τέρμαθ' ἵκοιτο μετ' ἀνδράσιν. B. καὶ σέο δοίη
παντὶ Τύχη βιότῳ τερπνὸν, ὁδῖτα, τέλος.

Propoſitis his magiſtrorum exemplis, neceſſe eſt, vt diſcipulum in ſcenam producamus, quum; vt oſtendat, quantum magiſtris illis profecerit, tum vt fidem faciat Ciceronis laudi. Illuſtrius vero in eam rem exemplum non poſſumus proferre, quam carmina VI. VII. VIII. IX. Anal. Brunck. T. II. p. 93. quibus trium fratrum germanorum, Damidis, Pigretis, Clitoris, qui venationi operam dederunt, primus ferarum, alter auium, tertius piſcium, dona Pani conſecrata celebrat. Carmina haec ſunt:

VI.

Ταῦτά σοι ἐκ τ' ὀρέων, ἐκ τ' αἰθέρος, ἐκ τε θαλάσσης
τρεῖς γνωτοὶ τέχνης σύμβολα, Πάν, ἔθεσαν.
ταῦτα μὲν εἰναλίων Κλείτωρ λίνα· κεῖνα δὲ Πίγρης
οἰωνῶν· Δᾶμις τὰ τρίτα τετραπόδων·
οἷς ἅμα χερσαίησιν, ἅμ' ἠερίησιν ἐν ἄγραις,
Ἀγρεῦ, ἅμ' ἐν πλωταῖς, ὡς πρὶν, ἀρωγὸς ἴθι.

VII.

Σοὶ τάδε, Πὰν σκοπιῆτα, πανάιολα δῶρα σύναιμοι
τρίζυγες ἐκ τρισσᾶς θέντο λινοστασίας.
δίκτυα μὲν Δᾶμις θηρῶν· Πίγρης δὲ, πετεινῶν
λαιμοπέδας· Κλείτωρ δ', εἰναλίφοιτα λίνα·
ὧν τὸν μὲν καὶ ἐσαῦθις ἐν ἠέρι, τὸν δὲ σὺ θείης
εὔστοχον ἐν πόντῳ· τὸν δὲ κατὰ δρυόχους.

VIII.

Ἀγραύλῳ τάδε Πανὶ βιαρκέος ἄλλος ἀπ' ἄλλης
αὔθαιμοι τρισσοὶ δῶρα λινοστασίης.
Πίγρης μὲν δειραγχὲς εὔβροχον ἅμμα πετεινῶν·
Δᾶμις δ' ὑλονόμων δίκτυα τετραπόδων·
ἄρκυν δ' εἰναλίων Κλείτωρ πόρεν· οἷς συ δι' αἴθρας,
καὶ γαῖς, καὶ πελάγευς εὔστοχα πέμπε λίνα.

IX.

Τρίζυγες, οὐρεσίοικε, κασίγνητοι τάδε τέχνας
ἄλλος ἀπ' ἀλλοίας σοὶ γέρα, Πὰν, ἔθεσαν.
καὶ τὰ μὲν ὀρνίθων, Πίγρης· τὰ δὲ δίκτυα θηρῶν,
Δᾶμις· ὁ δὲ Κλείτωρ εἰναλίων ἔπορε·
τῶν ὁ μὲν ἐν ξυλόχοισιν, ὁ δ' ἠερίησιν ἐν ἄγραις
αἰὲν, ὁ δ' ἐν πελάγει εὔστοχον ἄρκυν ἔχοι.

At

At enim vero non primus haec donaria carmine ornauit Archias; ſed quum argumenti delectu tum tractandi modo praeiuerat Leonidas Tarentinus carmine XIX. T. I. Brunck. p. 225. qui fons reliquorum eſt.

Οἱ τρισσοί τοι ταῦτα τὰ δίκτυα θῆκαν ὅμαιμοι,
ἀγρότα Πὰν, ἄλλης ἄλλος ἀπ᾽ ἀγρεσίης·
ὅς μὲν ἀπὸ πτηνῶν, Πίγρης τάδε· ταῦτα δὲ Δᾶμις,
τετραπόδων· Κλείτωρ δ᾽ ὁ τρίτος, εἰναλίων.
ἀνθ᾽ ὧν τῷ μὲν πέμπε δι᾽ ἠέρος εὔστοχον ἄγρην·
τῷ δὲ, διὰ δρυμῶν· τῷ δὲ, δι᾽ ἠϊόνων.

Leonidam proxime ſecutus eſt Alexander Aetolus, qui aetate Ptolemaei Euergetae vixit, vnus illius celebris Pleiadis (v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 665.) apud Brunck. T. I. p. 418. n. I.

Πίγρης ὀρνίθων ἄπο δίκτυα, Δᾶμις ὀρείων,
Κλείτωρ δ᾽ ἐμβυθίων, σοὶ τάδε. Πὰν, ἔθεσαν,
ξυνὸν ἀδελφειοὶ θήρης γέρας, ἄλλος ἀπ᾽ ἄλλης,
ἰδρῖται καὶ γαίης, ἰδρῖται καὶ πελάγευς.
ἀνθ᾽ ὧν τῷ μὲν ἁλὸς, τῷ δ᾽ ἠέρος, ᾧ δ᾽ ἀπὸ δρυμῶν
πέμπε κράτος ταύτῃ, δαῖμον, ἐπ᾽ εὐσεβίῃ.

Poſt hunc Antipater Sidonius eandem rem duobus carminibus n. XV. et XVI. T. II. p. 9. extulit.

Carm. XV.

Πανὶ τάδ᾽ αὔθαιμοι τρισσοὶ θέσαν ἄρμενα τέχνας.
Δᾶμις μὲν θηρῶν ἄρκυν ὀρειονόμων·
Κλείτωρ δὲ πλωτῶν τάδε δίκτυα· τῶν δὲ πετεινῶν
ἄῤῥηκτον Πίγρης τάνδε δεραιοπέδαν.
τὸν μὲν γὰρ ξυλόχων, τὸν δ᾽ ἠέρος, ὃν δ᾽ ἀπὸ λίμνας
οὔ ποτε σὺν κενεοῖς οἶκος ἔδεκτο λίνοις.

 Carm.

Carm. XVI.

Εἰναλίων Κλείτωρ τάδε δίκτυα, τετραπόδων δὲ
Δᾶμις, καὶ Πίγρης θῆκεν ὑπηερίων
Πανὶ, κασιγνήτων ἱερὴ τριάς. ἀλλὰ σὺ θήρην
ἠέρι, κὴν πόντῳ, κὴν χθονὶ τοῖσδε νέμε.

Hos igitur omnes Archias ante oculos habuit. Sed nondum acquieuit poetarum et verſificatorum induſtria. Archiae telam etiam texuit Alpheus Mitylenaeus ap. Brunck. T. II. p. 128. n. II.

Πανὶ κασιγνήτων ἱερὴ τριὰς, ἄλλος ἀπ' ἄλλης,
ἄνθετ' ἀπ' οἰκείης σύμβολον ἐργασίης.
Πίγρης ὀρνίθων, ἁλίων ἀπομοίρια Κλείτωρ,
ἔμπαλιν ἰθυτενῶν Δᾶμις ἀπὸ σταλίκων.
ἀνθ' ὧν εὐαγρίην τῷ μὲν χθονὸς, ᾧ δὲ διδοίης
ἐξ ἁλὸς, ᾧ δὲ νέμοις ἠέρος ὠφελίην.

Iulius Diocles Caryſtius Brunck. T. II. p. 182. n. II.

Δίκτυά σοι τάδε, Πὰν, ἀνεθήκαμεν οἶκος ἀδελφῶν,
οἱ τρεῖς, ἐξ ὀρέων, ἠέρος, ἐκ πελάγευς.
[τῷ μὲν ἐν ἠϊόνων κροκάλαισιν ἀρωγὸς ἐπελθὼν]
δικτυβόλει· τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις·
τὸν τρίτον ἐν πληνοῖσιν ἐπίβλεπε. τῆς γὰρ ἁπάντων,
δαῖμον, ἔχεις ἡμέων δῶρα λινοστασίης.

Satyrius Thyillus ap. Brunck. T. II. p. 276. n. I.

Θηρευ-



Θηρευτὴς δολιχὸν τόδε δίκτυον ἄνθετο Δᾶμις·
Πίγρης δ' ὀρνίθων λεπτόμιτον νεφέλην,
τριγλοφόρους δὲ χιτῶνας ὁ νυκτερέτης θέτο Κλείτωρ
τῷ Πανὶ, τρισσῶν ἐργασίην καμάτων.
Ἵλαος εὐσεβέεσσιν ἀδελφειοῖς ἐπίνευσον
πτηνὰ, καὶ ἀγροτέρων κέρδεα, καὶ νεπόδων.

Zoſimus Thaſius tribus carminibus, ap. Br. T. II. p. 452.

Carm. I.

Σοὶ τάδε, Πὰν θηρευτὰ, ἀνηρτήσαντο σύναιμοι
δίκτυα, τριχθαδίης δῶρα κυναγεσίης.
Πίγρης μὲν πτανῶν, Κλείτωρ ἁλὸς, ὃς δ' ἀπὸ χέρσου
Δᾶμις, τετραπόδων ἀγκύλος ἰχνελάτης.
ἀλλὰ σὺ κὴν δρυμοῖσι, καὶ εἰν ἁλὶ, καὶ διὰ μέσσης
ἠέρος εὔαγρον τοῖσδε δίδου κάματον.

Carm. II.

Τρισσὰ τάδε τρισσοὶ θηραγρέται, ἄλλος ἀπ' ἄλλης
τέχνης, πρὸς νηῷ Πανὸς ἔθεντο λίνα.
Πίγρης μεν πτανοῖσιν ἐφεὶς βόλον, ἐν δ' ἁλίοισι
Κλείτωρ, ἐν θηρσὶ Δᾶμις ἐρημονόμοις.
τοὔνεκα, Πὰν, τὸν μέν τε δι' αἰθέρος, ὃν δ' ἀπὸ λόχμης,
τὸν δὲ δι' αἰγιαλῶν θὲς πολυαγρότερον.

Carm. III.

Βριθὺ μὲν ἀγραύλων τόδε δίκτυον ἄνθετο θηρῶν
Δᾶμις, καὶ Πίγρης πτηνολέτιν νεφέλην,
ἁπλότα-

ἁπλότατον δ᾽ ἀλὶ τοῦτο μιτοῤῥαφὲς ἀμφίβληστρον
Κλείτωρ, εὐθήρῳ Πανὶ προσευξάμενοι.
τοὔνεκα, Πὰν, κρατερῷ πορε Δάμιδι ληίδα θηρῶν,
Πίγρῃ δ᾽ οἰωνῶν, Κλείτορι δ᾽ εἰναλίων.

et poſtremo omnium, Iulianus Aegyptius, homo ſeculi Theodoſiani, ap. Br. T. II. p. 495. n. IX.

Γνωτῶν τρισσατίων ἐκ τρισσατίης λίνα θήρης
δέχνυσο, Πάν. Πίγρης σοὶ γὰρ ἀπὸ πτερύγων
ταῦτα φέρει· θηρῶν, Δᾶμις· Κλείτωρ δὲ, θαλάσσης.
καί σφι δὸς εὐαγρεῖν ἠέρα, γαῖαν, ὕδωρ.

Mirari ſubit, quomodo tot poetae in tam vili orbe morari potuerint, et, quidquid in iis erat ingenii, id non rebus praeſtantioribus, quae ornatum aliquem poeticum admitterent, dedicarint, ſed in res tranſtulerint, quae, niſi a pietate, commendationem habent nullam. At, vt ingenue profitear, quid ſentiam, nihil minus artis atque ingenii requirit, quam tam humilis argumenti aliquoties repetita exornatio; grammatici labor is eſt, non poetae; atque etiamſi poetae aliquando placuerit ita ludere, tantum tamen abeſt, vt laudem ſuam ea re valde augeri poſſe ſperet, vt animi et voluptatis cauſa ad hos luſos ſe demittat. Si igitur Cicero Archiam ingenii vires egregias oſtendiſſe eiusmodi luſibus credit, equidem non auctoritati eius ita pareo, vt non aliter iudicem: nam quid praeter aliqua mutata vocabula, et res loco motas et alteram in alterius ſedem traiectas, in illis licet inuenire? Bina adhuc in

Analectis Brunckianis inuenimus talis artis ſpecimina, p. 95. n. XIV. et XV. in ſtatuam Echus, et p. 98. n. XXIV. coll. XXV. in equum, curſu excellentem et multis certaminibus nobilitatum, qui ſenio confectus, piſtrino mancipatus ſit; ſed in Planudea Anthologia n. XIV. Luciano, et n. XXV. Leonteo tribuitur, vt dubium ſit, an Archiae Muſa his argumentis ſe bis exercuerit. Accedit, quod auctoritate Codicis Vaticani carm. XXIV. antiquiori Archiae vetamur tribuere, quum diſerte id Mitylenaeo adſcribatur. Illa duo in Echus ſtatuam, ſiue vtriusque auctor ſit Archias, ſiue vnius tantum, non in eodem pretio habenda ſunt: nam n. XV., quod Archiae etiam in Anthol. Planudea datur, elegans eſt.

Εὔφημος γλώσσῃ παραμείβεο τὴν λάλον Ἠχώ,
  ποὺ λάλον· ἤν τι κλύω, τοῦτ᾽ ἀπαμειβομέναν.
εἰς σε γὰρ ὃν σὺ λέγεις στρέψω λόγον· ἢν δὲ σιωπᾷς,
  σιγήσω· τίς ἐμεῦ γλῶσσα δικαιοτέρη;

Nos ſic reddimus:

Dic bona verba; loquax ſum, greſſu quam legis Echo,
at non vsque loquax; quae audio, reddo modo.
In te, ſi loqueris, conuerto; ſique tacebis,
conticeo; an lingua iuſtior vlla mea eſt?

Altero vero nihil frigidius.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην,
  ἀντιτύπον φθογγὴν ἔμπαλιν ᾀδομένην,
παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποίμεσιν ἡδὺ
  παίγνιον. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων ἄπιθι.

Quid

Quid vulgarius eſt, quid tritius, quam quod Echo vocat *ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμμαλιν ἀδομένην*; porro *παντοίων ςομάτων λάλον εἰκόνα*? Dici debent ab eiusmodi poeta, quae non ſtatim cuivis ſuccurrunt. Sic etiam ex illis, quae in equum victorem compoſita ſunt, quod Leonteo tribuit Planudes, eo nihil terſius, nihil rotundius, vt Simonides id ſibi tribui non aegre tulerit.

Ὁ πρὶν ἐπ' Ἀλφειῷ ςεφανηφόρος, ὦ 'νερ, ὁ πρὶν δὴ
δισσάκι κηρυχθεὶς Κασαλίης παρ' ὕδωρ,
ὁ πρὶν ἐγὼ Νεμέῃ βεβοημένος, ὁ πρὶν ἐπ' Ἰσθμῷ
πῶλος, ὁ πρὶν πτανοῖς ἶσα δραμὼν ἀνέμοις,
νῦν ὅτε γηραιὸς, γυροδρόμον, ἤνιδε, πέτρον
δινεύω, ςεφέων ὕβρις, ἐλαύνομενος.

At quod Archiae nomen ſeruat, id ſtolonibus horret, qui natiuum honorem opprimunt.

Ὁ πρὶν ἀελλοπόδων λάμψας πλέον Αἰετὸς ἵππων,
ὁ πρὶν ὑπαὶ μίτραις κῶλα καθαψάμενος,
ὃν Φοίβου χρυσμῳδὸς ἀέθλιον ἔςεφε Πυθὼ,
ὀρνύμενον πτανοῖς ὠκυπέταις ἴκελον,
καὶ Νεμέη βλοσυροῖο τιθηνήτειρα λέοντος,
Πῖσά τε, καὶ δοιαὶς ἠόνας Ἰσθμὸς ἔχων,
νῦν κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος, οἷα χαλινῷ,
καρπὸν ἀλεῖ Δηοῦς ὀκριόεντι λίθῳ,
ἴσην μοῖραν ἔχων Ἡρακλεῖ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος
τόσσ' ἀινύσας δούλαιν ζεῦγλαιν ἐφηρμόσατο.

Quis poſtulat, vbi Pythici ludi victoriae cauſa commemorantur, vt Pytho dicatur *φοίβου χρησμῳδὸς*; et quis curat Nemeam *βλοσυροῖο τιθηνήτειραν λέοντος*, ſi de ludis ſermo eſt? Quid vulga-

vulgarius est, quam si de Isthmo dicit δοιὰς ἠόνας Ἰσθμὸς ἔχων, Inutiles hae sunt diuitiae, et possessori nociuae. Liceat tamen mihi a Planude discedere, et alterum carmen, quod Leonteo tribuit, Archiae nostro vindicare; praesertim quum Constantinus, si Brunckio, cetera quidem non adeo religioso, habenda fides est, ei iam dederit. Nam praeter Leonteum Lampsacenum, Epicureum, de quo Diog. Laert. X, 5. 25. alium equidem noui nullum; et, si pro Λεόντεως legi placeret, Λέοντος, vt Leo philosophus, imperator Constantinopolitanus intelligendus esset, qui A. C. 911. obiit, aut alter Leo philosophus, illi aequalis (de quo v. Allatium de Psellis p. 2. seqq.) ipsa carminis praestantia prohiberet, ne id in hanc euanescentis Graecae puritatis aetatem reiiceremus, quum hunc philosophum, quisquis fuerit, tam nitidum quid et comtum non potuisse scribere, nugae istae doceant, quae sub eius nomine extant ap. Brunck. T. III. p. 128. Si tamen non placet Antiocheno Archiae Constantini auctoritate id tribuere, certe aut Λεοντίου legendum est, vt Leontium Ἕλληνα philosophum vel scholasticum, patrem Eudoxiae, quae Theodosio iuniori nupsit, intelligamus, cuius reliquias Brunckius habet T. III. p. 103. haud illas contemnendas; aut Λεωνίδου rescribendum, vt Tarentinus ille sit poeta, cuius iam mentionem fecimus; et hoc quidem eo magis posset arridere, quod et alia carmina Leonidae huic nomini tributa sunt, vt carm. I. ap. Br. T. I. p. 220. quod Doruillius quidem (ad Charit. p. 217. Lips.) Leonidae adscribit, et iam ante eum Leo Allatius (Συμμικτῶν lib.

VII.

VII. v. Fabric. Bibl. Gr. T. XIV. p. 14.), Codex tamen Lipſienſis et alii, quos Batauus ille ante oculos habebat, Leoni (cf. Reisk. Not. Poet. Anth. p. 227.); et quod Archias ſolitus eſt, vt iam monitum, imitari Leonidam; quare videri poſſet in hoc altero carmine cum eo certaſſe, ita tamen, vt inferior diſcederet. Huic certe ſententiae mallem calculum meum addere, quam illi Brunckii, qui (in not. ad Analec. p. 48.) ſuſpicatur, Mitylenaei Archiae eſſe: contendere enim auſim, eum, qui alterum carmen ſcripſerit, languidum illud et elumbe, et quem Codex Vaticanus, vt iam dictum, Mitylenaeum perhibet, huius, vbi ingenium ſpirat et ſenſus viget, eſſe non poſſe auctorem. Si vero aliquis c. XIV. in Echo noſtro Archiae abiudicare voluerit, et Mitylenaeo, haud dubie iuniori, tribuere, is me non refragrantem habebit: nam et hic imitatorem agere maluit, quam proprio auſu eniti; vt in carmine XXII. in Marſyam ab Apolline tibia victum et arbori appenſum, quod, teſte Brunckio (in Not. ad Anal. p. 148.), Codex Vat. Mitylenaeo diſerte tribuit, poeta ante oculos habuit Alcaeum Meſſenium c. X. T. I. Anal. Br. p. 488. Nam hic ita canit:

Οὐκέτ' ἀνὰ Φρυγίην πιτυοτρόφον, ὥς ποτε, μέλψεις,
κροῦμα δι' εὐτρήτων φθεγγόμενος δονάκων,
οὐδ' ἐνὶ σαῖς παλάμαις Τριτωνίδος ἔργον Ἀθάνας,
ὡς πρὶν, ἐπανθήσει, νυμφογενὲς Σάτυρε,
δὴ γὰρ ἀλυκτοπέδαις σφίγγῃ χέρας, οὕνεκα Φοίβῳ,
θνατὸς ἐὼν, θείαν εἰς ἔριν ἠντίασας.

Ita

Ita vero Archias.

Αἰωρῇ θήρειον ἱμασσόμενος δέμας αὔραις,
  τλᾶμον, ἀορτηθεὶς ἐκ λασίας πίτυος,
αἰωρῇ· Φοίβῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης,
  πρῶνα Κελαινίτην ναιετάων, Σάτυρε.
σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκ ἔτι Νύμφαι,
  ὡς πάρος, ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.

Quis hic non imitatorem agnoſcit? Procul dubio Ἀρχίας νεώτερος, cuius eſt, teſte Codice Vaticano, carm. XX., non alius eſt, quam Mitylenaeus; quisquis eſt, imitatus eſt in Epiphonemate ad Mercurium:

Ἑρμῇ Κωρυκίων ναίων πόλιν, ὦ ἄνα, χαίροις
  Ἑρμῇ, καὶ λιτῇ προσγελάσαις ὁσίῃ.

Scolion vetuſtae Graeciae ap. Brunck. T. I. p. 156. n. VIII. ex Athenaeo lib. XV. p. 694. quod, quia peſſime habitum eſt, et a Brunckio ſupina negligentia tractatum, quum ne hoc quidem vidiſſe videatur, vitiis illud ſcatere, eoque proceſſerit, vt duo ſcolia et metro et argumento diuerſa in vnum coniungeret, hic emendatum et numeris ſuis (Brunckius, quibus numeris adſtrinxerit, haud dubie ipſe neſcit) redditum apponam; praeſertim quum hoc Archiae iunioris epiphonema, ad illud formatum, expeditius corrigendi negotium faciat. Legas igitur Scolion hoc modo:

ὦ Πὰν, Ἀρκαδίας μεδὼν κλεέννας,
ὀρχηστὰ, Βρομίαις ὀπαδὲ νύμφαις,
  γελάσαι, ἰὼ Πὰν, ἐπ' ἐμαῖς
  εὐφροσύναις ἀοιδαῖς κεχαρημένος.

Reliqua

Reliqua, quae Brunckius Aegyptia caligine obcoecatus his annexit, per se scolion constituunt hoc metro legendum:

ἐνικήσαμεν ὡς ἐβουλόμεσθα·
καὶ νίκην ἔδοσαν οἱ θεοὶ φέροντες
παρὰ Πανδρόσου, ὡς φίλην Ἀθηνᾶν.

Sed ad Archiam Antiochenum reuertamur. Habet is etiam alia, quae et argumenti delectu, et dictionis venustate se commendant, vt c. XII. in Aprum Calydonium ex aere formatum; hunc tam viuidis coloribus pingit, vt signum coram videre tibi videaris, et vt incertum sit, vtrum artifex naturam in apro formando fidelius expresserit, an poeta artis opus melius mentis oculis subiecerit. Vide ipsum carmen.

Χάλκεος· ἀλλ' ἄθρησον ὅσον θρασὸς ἤνυσε κάπρου
ὁ πλάστας, ἔμπνουν θῆρα τυπωσάμενος,
χαίτας αὐχενίους πεφρικότα, θηκτὸν ὀδόντα
βρύχοντα, γλήναις φρικτὸν ἱέντα σέλας,
ἀφρῷ χείλεα πάντα δεδευμένον. οὐκέτι θάμβος,
εἰ λογάδα στρατιὴν ὤλεσεν ἡμιθέων.

Nec spernenda sunt carmina in Priapum n. XVI. XVII. prius in Priapum ad Thraciae Bospori litus collocatum, et a nautis cultum; posterius in eundem in litore, forma parua, acuminato capite, et sine pedibus, a piscatoribus erectum. Clausulas addit cum argumento congruentes; priori quidem, commemoratis muneribus, quae offerri solerent: *οὐδ' ἑκατόμβη τόσσον, ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἁνδάνεται*; posteriori:



ſteriori: ἢ γὰρ ἀπ' ἔργων δαίμονες οὐ μορφιᾶς γνωςὸν ἔχουσι τύπον. Iam, etſi tantum abeſt, vt eiusmodi clauſulae cum acumine, quale Martialis addere ſolet, et quod Leſſingius neceſſariam epigrammatis partem haberi iubet, comparari poſſint; tamen neminem fore arbitror, qui carmina ea de cauſa reiicienda putet. Nec minus ſe commendat poeta tenerioris ſenſus hominibus carmine XXVI. in hirundinem, nidum cum pullis ſuper tabula, in qua erat Medeae imago depicta, habentem; quod ſic vertit Friſchlinus.

Quae per terram omnem, perque aequora cuncta volaſti
Medeae in tabula ponis, hirundo, larem;
Quid fidam pullis ſperas hanc eſſe futuram
Quae prius in natos ſaeuiit ipſa ſuos.

Vltimum diſtichon non exhaurit Graeca: ἔλπῃ δ' ὀρταλίχων πίςιν σέο τήνδε φυλάξειν: nam deſideratur illud σέο, quod propter ſequens ἰδίων non debet negligi: melius reddit *Dan. Alsvortus:*

An tibi cuſtodem pullorum Colchida fidam,
ſperas, quae natos ſuſtulit ipſa ſuos?

Frigidius eſt carmen XXVII. in Herculem, qui Nemeum leonem occiderat; cauſa videtur eſſe, quod Damagetam (T. III. Anal. Brunck. p. 531.) idem argumentum, non tamen fauentioribus Muſis tractantem, aemulatur. Nam hoc animaduertiſſe mihi videor, poetam noſtrum, vbi imitatur alium, aut ſaltem aemulatur, ſemper fere iratis Muſis vti. Sic in carmine XXIX. in

Cicadam mortuam imitatur Niciam c. VIII. (Anal. Br. T. I. p. 249.) et Meleagrum carm. CXI. (T. I. p. 32.).

Πρὶν μὲν ἐπὶ χλωροῖς ἐριθηλέος ἕρνεσι πεύκας
ἥμενος, ἢ σκιερᾶς ἀκροκόμου πίτυος,
ἔκρεκες εὐτάρσοιο δι' ἴξυος. ἀχέτα. μολπὰν,
τέττιξ, οἰονόμοις τερπνοτέραν χέλυος.
νῦν δὲ σε, μυρμάκεσσιν ὑπ' εἰνοδίοισι δαμέντα,
Ἀΐδος ἀπροϊδὴς ἀμφεκάλυψε μυχός.
εἰ δ' ἑάλως, συγγνωστὸν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὕμνων
Μαιονίδας γρίφοις ἰχθυβόλων ἔθανε.

Quam abſurde ait: ἔκρεκες ἐυτάρσοιο δι' ἴξυος μολπὰν; et quam mirum in fine addit cantatrici ſolatium: εἰ δ' ἑάλως, συγγνωστὸν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὕμνων Μαιονίδας γρίφοις ἰχθυβόλων ἔθανε. Paulo felicius verſatus eſt in pica, quae loqui didicerat, fatis functa commendanda c. XXVIII. ſed, quod equidem ſciam, neminem imitatus eſt. Fortaſſe etiam placeret c. XXX. in Delphinem in litus eiectum, ſi neſciremus eum imitatum eſſe Anyten c. XII. (T. I. p. 199.); huius enim poetriae ſi legerimus nitidiſſimos verſus, non poterimus amplius inanem eius ferre doctrinam, aut plauſu accipere, ſi Delphinem vocat ἴσον πρηῶνι Μαλείης. Sed vt facilius ſiat iudicium, vtriusque Muſae opus hic iuuat apponere:

Anyte.

Οὐκέτι δὴ πλωτοῖσιν ἀγαλλόμενος πελάγεσσιν
αὐχέν' ἀναῤῥίψω βυσσόθεν ὀρνύμενος,
οὐδὲ παρ' εὐσκάλμοιο νεὼς περικάλλεα χεῖλη
ποιφύξω, ταμᾷ τερπόμενος προτομᾷ.

ἀλλά

ἀλλά με πορφυρέα πόντου νοτὶς ὧσ' ἐπὶ χέρσον,
κεῖμαι δὲ ῥαδινὰν τάνδε παρ' ἠϊόνα.

Archias.

Οὐκ ἔτι παφλάζοντα διαΐσσων βυθὸν ἅλμης,
δελφὶς, πλοιήσεις εἰναλίων ἀγέλας,
οὐδὲ πρὸς εὐτρήτοιο μέλος καλάμοιο χορεύων
ὑγρὸν ἀναῤῥίψεις ἅλμα παρὰ σκαφίσιν.
ἦ γὰρ ἴσον πρηῶνι Μαλείης, ὡς ἐκυκήθη,
κῦμα πολυξάντους σ' ὦσεν ἐπὶ ψαμάθους·
οὐδὲ σύ γ' ἄφραστα Νηρηΐδας, ὡς πρὶν, ἀείρων,
νώτοις πορθμεύσεις Τηθύος εἰς πέρατα.

Interdum tamen imitatur, vt parum cedat exemplo, vt carm. XXXIV. in Diogenem Cynicum Acheronta traiicere cupientem; imitatus eſt Leonidam Tarent. c. LIX. (pl. I. p. 235.) et Antipatrum Sidonium c. LXXX. magis tamen priorem, et meo quidem ſenſu verſus ſunt rotundiores adeo et comtiores, quam Leonidae; vna notionum in ſententiis variatio, quae Leonidam commendat, quodammodo deſideratur; v. c. quum Archias ita alloquentem facit Charontem: Ἄϊδος ὦ νεκυηγὲ, κεχαρμένε δάκρυσι πάντων, ὃς βαθὺ πορθμεύεις τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ, rectius Leonidas eum ita dicentem inducit: Ἀΐδεω λυπηρὲ διηκόνε, τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ: Archias, quod vtitur verbo νεκυηγὲ, in ſequentibus nihil noui poteſt dicere: ſed Leonidas, quum dicat διηκονὲ, reliquit ſibi, quo miniſterium accuratius definiat et exornet; et quam apte tribuit ei πορθμίδα κυανέην. Cedit Leonidae in carmine III. in Apophthegmate de amore, ſi imitatus eſt Leonidam carm. LIII. Leonidas ſic habet:

Εἰ καί σοι πτέρυγες ταχιναί περὶ νῶτα τέτανται,
καὶ Σκυθικᾶν τόξων ἀκροβολεῖς ἀκίδες,
φεύξομ', Ἔρως, ὑπὸ γᾶν σε. τί δὲ πλέον; οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
σὰν ἔφυγε ῥώμαν πανδαμάτωρ Ἀΐδας.

Archias quomodo haec expresserit, nunc percipe:

Φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κενὸς πόνος. οὐ γὰρ ἀλύξω,
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

Omnino parum litasse videtur Amori et Veneri: nam carm. I. et II. in Amorem, etiamsi ipse caluerit, quum conderet, tamen sunt frigidiuscula; et sic etiam carm. XIII. in Venerem ab Apelle pictam, vt e mari egrederetur, palmam Leonidae carm. XLI. (T. I. p. 231.) eiusque imitatori Antipatro c. XXXII. relinquit. Vid. Leonidae Tarent. epigr. in Vener. Anadyom. Vol. I. p. 59. In dedicatoriis, vbi nulla est argumenti dignitas, nugatur fere, vt, quos duces sibi elegit, Leonidas et Antipater; et difficile est, diiudicare, quis horum triumvirorum nugator sit maximus. Constanter Antipatro argumenta sublegit; ipse vero fucum alium, quam quem inuenerat, inducit. Vt lector ipse iudicare possit, videatque verum esse, quod dixi, huiusce etiam rei exemplum apponam.

Archiae carm. V.

Σάνδαλα ταῦτα Βίτιννα· πολυπλέκτου δὲ Φιλαινὶς
πορφύρεον χαίτας ῥύτορα κεκρύφαλον·
ξανθά



ξανθὰ δ' Ἀντίκλεια νόθον κεύθουσαν ἄημα
  ῥιπίδα, τὰν μαλερὸν θάλπος ἀμυνομέναν·
λεπτὸν δ' Ἡράκλεια τόδε προκάλυμμα προσώπου
  τευχθὲν, ἀραχναίης εἴκελον ἀρπεδόσιν·
ἁ δὲ καλὸν σπείραμα περισφυρίοιο δράκοντος
  οὔνομ' Ἀριστοτέλεω πατρὸς ἐνεγκαμένα·
ἅλικες ἀγλαὰ δῶρα, γαμοστόλε, σοὶ τάδε, Κύπρι,
  ὤπασαν, αἰγιαλῶν Ναυκράτιδος ναέται.

Antipatri Carm. XXI.

Σάνδαλα μὲν τὰ ποδῶν θαλπτήρια ταῦτα Βίτιννα,
  εὐτέχνων ἐρατὸν σκυτοτόμων κάματον·
τὸν δὲ φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα Φιλαινὶς,
  βαπτὸν ἁλὸς πολιῆς ἄνθεσι κεκρύφαλον·
ῥιπίδα δ' Ἀντίκλεια· καλύπτειραν δὲ προσώπου,
  ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον,
ἁ καλὰ Ἡράκλεια· τὸν εὐσπείρῃ δὲ δράκοντα,
  χρύσειον ῥαδινῶν κόσμον ἐπισφυρίων,
πατρὸς Ἀριστοτέλους συνομώνυμος· αἱ συνομήθεις
  ἅλικες Οὐρανίῃ δῶρα Κυθηριάδι.

Non ſine delectatione videre licet, vt alter alterum ſuperare laboret. *Sandalia* vocat Antipater τὰ ποδῶν θαλπτήρια, εὐτέχνων ἐρατὸν σκυτοτόμων κάματον; Archias ſine ornamento Σάνδαλα; quod magis placet. *Reticulum*, quod Philaenis conſecrauit, Antipater appellat σφιγκτῆρα φιλοπλέκτοιο κόμας, βαπτὸν ἁλὸς πολιῆς ἄνθεσι; quam docte! Archias melius: πολυπλέκτου πορφύρεον χαίτης ῥύτορα. Suauius tamen eſt φιλόπλεκτος Antipatri, quam πολύπλεκτος Archiae. *Flabellum* ſimpliciter nominat Antipater; Archias mirifice exornat, dicens νόθον κεύθου-

κεύθουσαν ἄημα, τὰν μαλερὸν θάλπος ἀμυνομέναν. Ridicule νόθον κεύθουσαν ἄημα! *Flammeum* eſt Antipatro ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον; hoc aliis tantum verbis expreſſit Archias: ἀραχναίης εἴκελον ἀρπεδόσιν. *Talorum vincula* Antipater dicit εὐσπειρῆ δράκοντα, χρύσειον ῥαδινῶν κόσμον ἐπισφυρίων; rotundius et terſius Archias: καλὸν σπείραμα περισφυρίοιο δράκοντος. Alia exempla ſi quis habere cupit, is videat Archiae c. XI. coll. Antip. Sid. c. XXVI. et XXII. Archiae carm. IV. coll. Antip. Sid. c. X. Ita etiam magiſtrum ſecutus eſt Leonidam in carm. X. quod conferendum eſt cum carm. XXV. Leonidae. Mira voluptas eſt, videre, quomodo poetae, quorum neutri vis deeſt ingenii, ineptiis certent. Quod Leonidas carm. I. quod in piſcatoris inſtrumenta Priapo dicata compoſitum eſt, dicit εὐκαμπὲς ἄγκιστρον, ſimplici epitheto contentus, id exornat Archias: γαμψὸν χαίτησιν ἐφ' ἱππείῃσι πεδηθὲν ἄγκιστρον, κρυφίην εἰναλίοισι πάγην; quam docte! quam inepte! At quod Leonidas τρηχὺν τριόδοντα, Ποσειδαώνιον ἔγχος, (quae ampulla!) appellat, id ſimpliciter Archias δόνακα τριτάνυστον. Idem certamen inire Archiam videas cum Antipatro, vt carm. XI. de inſtrumentis trium textricum. Antipater dixerat c. XXII. κερκίδα εὔποίητον, ἀηδόνα τὰν ἐν ἐρίθοις, εὐκρέκτους ἃ διέκρινε μίτους; et carm. XXVI. κερκίδα τὰν ὀρθρινὰ χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ μελπομέναν, ἱστῶν Παλλάδος ἀλκυόνα; Archias: πολυσπαθέων μελεδήμονα κερκίδα πέπλων εὔθροον; Antipater (c. XXVI.): τὸν καρηβαρέοντα πολυρροίβδητον ἄτρακτον κλωστῆρα στρεπτᾶς εὔδρομον ἀρπεδόνας; Archias: ἀραχναίοιο μίτου πολυδίνεα λάτριν, ἄτρακτον; Antipater

(c. XXVI.):



(c. XXVI.): τόνδε φιληλάκατον καλαθίσκον σαμόνες ἀσκητοῦ καὶ τολύπας φύλακα; hoc breuius Archias εἰροχαρῆ τάλαρον, ſed nihilo melius. Si quaeris, vnde habeant eiusmodi cupedias: vterque ex Leonida v. c. carm. IX. (Tom. I. p. 222.)

Αὐτονόμα, Μελίτεια, Βοΐσκιον, αἱ Φιλομήδεω
καὶ Νικοῦς Κρῆσσαι τρεῖς, ξένε, θυγάτερες·
αἱ μὲν τὸν μιτόεργον ἀειδίνητον ἄτρακτον,
αἱ δὲ τὸν ἐρφνίταν εἰροκόμον τάλαρον,
ἁ δ' ἅμα τὰν πέπλων εὐάτριον ἐργάτιν, ἱστῶν
κερκίδα, τὰν λεχέων Πανελόπας φύλακα,
δῶρον Ἀθαναίᾳ Πιτανάτιδι τῷ δ' ἐνὶ ναῷ
θῆκαν, Ἀθαναίας παυσάμεναι καμάτων.
ὧν χέρας αἰ σύ, Ἀθάνα, ἐπιπλήσαις, ἐσοπίσσω
θείης δ' εὐσιπύους ἐξ ὀλιγησιπύων.

Cum hoc conferri poterit carm. VIII. Vnum adhuc reſtat carminis genus, quod Archiae Muſae attingere placuit, ſcilicet hiſtoriolae verſibus narratae vel apologi; duo quidem eiusmodi carmina in epigrammatum, quae ei tribuuntur, farragine reperio, carm. XXI. et XXIII. Sed prius pertinet ad Archiam Mitylenaeum; etſi fatendum ſit, poſteriori, quod omnium codicum conſenſu Antiocheni eſt, id eſſe anteferendum. Etiam huius moris hiſtoriolas epigrammatis habitu exornandi, niſi me omnia fallunt, auctor fuit Leonidas Tarentinus. Eſt quidem inter Platonis iunioris, qui circa Olymp. CXX. floruit (v. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 784.), eiusmodi hiſtoriola de coeco et claudo, noſtra aetate per Gellertum nobilitata, ſed vereor, vt auctor ſit Plato iunior, Comicus.

micus. Haud dubie Plato aliquis eſt, qui ſeriori aeuo vixit. Hanc enim ipſam hiſtoriolam primum tractaſſe credo Leonidam Tarentinum. Extat ea inter carmina Leonidae Alexandrini n. XXXIV. ap. Br. T. II. p. 197.; quo iure autem, fruſtra explorare labores ap. Brunckium, qui talia monere ſuperfluum ducit: certe in Planudea Anthologia p. 8. ſimpl. extat nomine Λεωνίδου. Ea vero ſic ſe habet:

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἠέρταζεν,
ὄμμασιν ἀλλοτρίοις ἀντερανιζόμενος.
ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πρὸς ἑνὸς φύσιν ἡρμόσθησαν,
τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις αντιπαρασχόμενοι.

Imitatus eſt, vt ſatis manifeſtum, Antiphilus, qui tamen paulo ante Leonidam Alex. vixit, vel certe aequalis eius fuit. Eam imitationem, quam eſſe ipſum opuſculum ſatis prodit, quomodo tribuere Brunckius poſſit Platoni iuniori, illi, qui aliquot Olympiadibus ante Tarentinum poetam vixit, ipſe viderit; ego certe hoc non magis intelligo, quam ipſe, vt in notis ait p. 31., cur Antiphilo Planudes tribuerit; quod ego tamen et intelligo et explicare ſcio. Scilicet Planudes, etſi monachus, tamen Francogallico critico religioſior fuit; duo diuerſorum ſcriptorum epigrammata, etiamſi eiusdem argumenti eſſent, coniungere et alterum operis ſui gloria defraudare noluit. In Codice Vaticano, vt Brunckius ipſe monet, primum diſtichon illius carminis, quod Platoni iuniori tribuitur, ſinit paginam. Sequens autem pagina a diſticho incipit ἄμφω μὲν, ad quod annotauit librarius: εἰς τὸ αὐτὸ, περί τε τοῦ τυφλοῦ



τυφλοῦ καὶ τοῦ χωλοῦ, ὅτι ἀλλήλοις τὸ ἐλλιπὲς ἐδάνιζον. Hoc librarium in aliis facere consuesse, quum in duas paginas diuisum est epigramma, vt in altera argumentum iterum reponat, idem testatur Brunckius. Itaque suspicatur, hoc Planudi fraudi fuisse. Ego vero persuasum mihi habeo, hanc librarii notam non totam a librario esse: verba εἰς τὸ αὐτὸ sunt ex lemmate, quod per παρόραμα omissum erat; nomen Ἀντιφίλου, quod Planudes apposuit, quodque vnde habeat, Brunckius non potest diuinare, is haud dubie in suo codice adscriptum inuenit, vbi sic se habebat marginalis nota: εἰς τὸ αὐτὸ Ἀντιφίλου, περί τε τοῦ τυφλοῦ κ. λ. In exemplo Vaticano nomen Ἀντιφίλου propter cognatam scriptionem verborum τοῦ τυφλοῦ excidere facile potuit. Ergo satis religiosus fuit monachus Constantinopolitanus in dissecandis epigrammatis, quae librarii incuria in vnum coaluerant; sed religioni defuit felicitas. Platoni iuniori, quisquis fuerit, vnum dedit distichon; Antiphilo tria. Sed tribuenda sunt duo disticha Platoni iuniori; duo Antiphilo, in hunc modum!

Platonis Iun. Carmen.

Ἀνέρα τις λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγὴς
ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος.
ἄμφω μὲν πηροὶ καὶ ἀλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲν ὄψεις,
ὃς δὲ βάσεις· ἄλλου δ' ἄλλος ὑπηρεσίη.

Antiphili Carmen.

Τυφλὸς ἀνὴρ χωλοῖο κατωμάδιον βάρος αἴρας
ἀτραπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκροβατεῖ.

ἡ μία

ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἤρκει φύσις· ἐν γὰρ ἑκάστῳ
τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν.

Nunc perpendat, quaeso, cui tales res curae sunt, quomodo Brunckius scribere possit: *vnum esse* (epigramma) *manifestum est:* nonne duo esse, manifestum est? Manifestum vero et hoc est, Antiphili carmen ex imitatione Leonidae natum esse; non vice versa. Vix enim imitator dixerit ἀεϱτάζων pro κατωμάδιον βάϱος αἴϱων; vix ὄμμασι ἀλλοτϱίοις ἀντεϱανιζόμενος pro ἀτϱαπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκϱοβατεῖν; contra, quae simpliciora sunt, per imitationem artificiosiorem habitum assumunt; sic pro ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πϱὸς ἑνὸς φύσιν ἡϱμόσθησαν, quo nihil cum natura conuenientius, imitatore dignum est ἡ μία δ' ἀμφοτέϱοις ἤϱκει φύσις. Serioris aetatis fetus est ille lusus, qui Platonis iunioris nomen in fronte gerit; quod iam prodit λιπόγυιος et λιπαυγὴς. χϱήσας, χϱησάμενος, alia. Omnes tres Leonidam Tar. Platonem iuniorem, et Antiphilum imitatus est Philippus c. LXIX. ap. Br. T. II. p. 231. maxime tamen Antiphilum.

Πηϱὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄϱ' ὄμμασιν· ἀμφότεϱοι δὲ
εἰς αὑτοὺς τὸ τύχης ἐνδεὲς ἠϱάνισαν.
τυφλὸς γὰϱ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάϱος αἴϱων,
ταῖς κείνου φωναῖς ἀτϱαπὸν ὀϱθοβάτει,
πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικϱὴ παντόλμος ἀνάγκη
ἀλλήλοις μεϱίσαι τοὐλλιπὲς εἰς ἔλεον.

Praeter hanc historiolam quam modo Tarentino epigrammatographo vindicauimus, alia inter eius

eius carmina extat n. LXI. T. I. p. 236. Aesopicae fabulae simillima, tersa etiam et elegante oratione composita. Ansam Leonidae dedisse videtur Simonides, quis tamen sit, quum plures fuerint huius nominis, incertum, qui res, quae vere acciderant, epigrammatis celebrauit, vt carm. LXIV. T. I. p. 138. (sed tribuitur etiam Hedylo et Asclepiadi, v. Br. not. p. 21.) et c. XCVI. p. 144. et, quod iunioris Reiskius esse arbitratur, c. CXII.; quod imitatus est Dioscorides c. XI. T. I. p. 495. Quem morem etiam post Leonidam retinuerunt celebris nominis poetae, vt Callimachus c. LX. Dioscorides XXXIII. et XXXIV. Tymnes IV. p. 505. vt vel virorum vel mulierum fortiter facta ad posteritatem transferrent. Primus tamen, qui historiolas fingeret, vt aliquod morum praeceptum inde duceret, fuit, opinor, Leonidas; quod perpetuus eius imitator, Antipater Sidonius, imitari non neglexit; at vero, vt in aliis, ita in hoc etiam genere cedit plerumque archetypo. Sic carm. LXIV. de Lampone, cane venatico, quem sitis occiderit, et frustra pedibus fontem effodere laborarit, addit: ἦ ἄρα, Νύμφαι Λάμπωνα κταμένων μῆνιν ἔθεσθ' ἐλάφων. In carm. CII. narrat, puellam nauis parietes ascendisse et in mare deiectum Borea, addens: Ἰνοῖ, ἀνοικτίρμων τις ἔφυς θεὸς, ἣ Μελικέρτεω ἥλικος οὐκ Ἀίδην πικρὸν ἀπηλάσαο, cf. carm. CIII. quod similis farinae est. Interdum, sine acumine, quod ipsi visum esse debuit, narrat, vt carm. XCIV. et XCV. Non igitur mirum est, Archiae etiam in mentem venisse, tentare, quid in hoc genere humeri valerent: narrat carmine iam ante indicato, turdos

dos duos et merulam in decipulas ſimul eſſe delapſos; illos, vt capti fuiſſent, detentos fuiſſe, hanc vero dimiſſam; addit ἱρὸν ἀοιδοπόλων ἔτυμον γένος· ἦ ῥά γε πολλὴν καὶ κωφαὶ πτανῶν φροντίδ' ἔχουσι πάγαι. Mirarisne, lector, vnde frigidus luſus? Ex Antipatro habet c. LXII. p. 23. a quo non ſolum rem mutuatus eſt, ſed etiam clauſulam, ac nihil mutauit, niſi, quod Antipater *duas* decipulas et *vnum* turdum cum merula in eas delapſos fingit; hoc ita variauit, vt duos turdos et vnum rete induceret. Nec Antipater ingenioſius claudit: ἦν γὰρ ἀοιδῶν φειδὼ κὴν κωφαῖς, ξεῖνε, λινοστασίαις. Vtrique palmam praeripuit ſeculi ſexti poſt C. N. homo, Paulus Silentiarius, qui carmine LXXII. (T. III. p. 93.) eandem rem tractat; ſed quam ingenioſe addit: ἦ τάχα που τριμάκαιρα φιλαγρέτις ὄρνιν ἀοιδὸν Ἄρτεμις εὐμόλπῳ λῦσεν ἄνακτι λύρης.

Ex his igitur, quae huc vsque disputauimus, quiuis, ſpero intelliget, Ciceronem, in laudibus Archiae celebrandis, pluſculum amicitiae tribuiſſe, quam concedebat veritas; et iudicium de eo ita capiendum, vt, quod alii ſtatuerent, magis expreſſiſſe videatur, quam quod ipſe, ſi veritati litare voluiſſet, iudicaturus fuisſet. Quae laudari in Archia recte potuit, inſignis eſt puritas orationis, quam ex lectione antiquiorum poetarum ſibi comparauerat; ex qua ſi cenſere eum volueris, vix credere poteris, eum tam ſero et in peius degenerante aeuo in viuis fuiſſe. Nec minus credere fas eſt, eum memoria fuiſſe praeditum felici, et rerum, quae aut legerat aut audiuerat, mirum in modum tenaci; vt, ſi minus ex ſe ipſo haurire



rire posset, quod exornaret, ex memoriae promtuario id depromeret. Ex his, quae adhuc habemus, breuioribus poeseos monumentis si coniectura ad epica, quae condidit, carmina valet: equidem mediocri dolore lugendum censeo, quod temporis iniuria in ea saeviit, ac ne vestigium quidem vllum ad nos peruenire siuit. Nam rerum, quae poeta ex se progignere et iis, quae acciderunt, intexere debet, vt totum aliquod, quod ipsa illa, quae natura producit, quum splendore tum nexu superet, insigni videtur laborasse penuria: quum enim tam vilia argumenta tractaturus auxilium circumspexerit, et, vbi inuenerat, securus, quis praestaret, bonus an malus esset, in vsus suos adhibuerit; quid fecisse eum existimemus, quum Marii aut Luculli res gestas epico carmine caneret? Haud dubie nihil, nisi historiam exhibuit versibus descriptam; et, si quid laudandum istis in carminibus fuit, id fuit, quod res easdem commutatis verbis enunciarit, et, quod in rerum varietate desiderabatur, id varietate verborum, et culta oratione, antiquitatem redolente, compensarit. Quod Cicero testatur, cum applausu excepta esse a Romanis, quae Archias in laudem eorum cecinisset; id non efficit, vt alio modo iudicium moderandum sit. Nam constat, laudem, si pretium inesse velimus, a laudato viro proficisci debere, id est, ab eo viro, qui in hoc genere virtutis, quod laude sua ornat, ipse excellat: quid vero pretii esse putabimus laudi, quam Marius ei tribuit, Marius, quem duriorem ad haec studia fuisse ipse Tullius non reticet, et historia rerum Romanarum clamat? quid

quid ponderis habebit laus Luculli? Nam etsi hic non modo res gestas, sed etiam studium atque aures adhiberet, pro certo tamen affirmare ausim, eum ex gloriae, quae per Archiae carmina ei accedebat, modulo omnia dimensum esse, et valuisse de eo, quod orator affert de Themistocle, eius vocem eum audivisse libentissime, a quo virtus ipsius optime praedicaretur. Nec maiorem habere poterunt auctoritatem, Metelli, Numidicus et Pius, M. Aemilius, Q. Catulus, pater et filius, L. Crassus, Cato, Hortensii, Octauii, qui summo poetam afficiebant honore: omnes enim Romani erant, hoc est, homines rerum fortiter gestarum non minus, quam laudis atque honoris, qui eiusmodi rebus comparatur, cupidissimi, et in rebus ad mansuetiores Musas pertinentibus, vt plurimum coecutientes et iudices inepti. Homo αὐτοσχεδιαστὴς (*improuisatore* vocant Itali), qualis Archias erat, qui de rebus, quae tum agebantur, dicere poterat ex tempore, qui, quoties poscebatur, eandem rem repetebat commutatis verbis atque sententiis, qui, simul atque aliquid gestum erat a praeclaro viro, id statim commemorabat versibus, apud Ciceronis populares maiori floreret, necesse erat, gratia et laude, quam cultissimus poeta, cui benignior fluxisset vena, sed tardior, et qui alia omnia elegantissime siue Homerica dictione siue Pindarica cecinisset, sed non Romanorum laudes. Et profecto haec ipsa caussa est, vt Cicero tantopere poetam laudet: sperabat enim, fore, vt, quas res in consulatu gessisset, earum per Archiam viuus frueretur gloria. Ipse enim dicit cap. 11.

Nam

[redacted]

Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius vrbis atque imperii, et pro vita ciuium, proque vniversa republica gessimus, attigit hic versibus, atque inchoauit; quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Quanta autem illa fuerit in eo cupiditas, vt res in consulatu gestas illustratas videret, intelligimus ex epistola ad Lucceium (ad Diu. V, 12.), vbi scribit: *te plane etiam atque etiam rogo, vt et ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, et in eo leges historiae negligas; gratiamque illam, de qua suauissime quodam in prooemio scripsisti, a qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate, ea si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere, amorique nostro plusculum etiam, quam concedat veritas, largiare.* Quod a Lucceio rogat, id ab Archia etiam fieri eum voluisse, in promtu est; id vero eo certius impetraturum sperauit, quo clariori ei praeiuisset exemplo, et quo arctius eum simili beneficio sibi deuinxisset.

VI.

Reliquum est, vt locis huius orationis male affectis medicinam facere studeam. Scire autem volo lectorem, textum me sequi Ernestianam, quia hic in omnium manibus est. Vbi nihil moneo, ibi nihil inueni monendum, sed in Ernestiana textus ratione acquiescendum putaui.

Cap.

Cap. II.

Apud praetorem populi Romani. Qui sit ille praetor, nemo docet interpretum. Haud dubie est C. Virgilius, Q. Ciceronis in praetura collega, quem amicitia coniunctum Marco fuisse, intelligimus ex oratione pro Plancio cap. 40. vbi ita orator: *Siciliam petiui animo, quae et ipsa erat mihi, sicut domus vna, coniuncta, et obtinebatur a Virgilio, quocum me vno vel maxime* quum vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, *tum res publica sociarat.* Fuit is in prouincia in magna existimatione, vt Cicero testatur ad Q. Frat. I, 2, 2. vbi Quintum fratrem exemplum eius imitari iubet; quare iure suo h. l. dici posset *vir doctissimus.* Praeturam eius in hunc annum incidere, certum est, si Q. Ciceronis praetura ad hunc annum pertinet; id vero ita esse, novimus ex ep. ad Attic. I, 13. vbi scribit Marcus: *Asiam Quinto, suauissimo fratri, obtigisse, audisti.* Scripta enim illa epistola est Idibus Mart. M. Messala et M. Pisone Coss. Sortitio prouinciarum, quae primis anni fieri solebat diebus, ex Senatus decreto dilata erat, vt docet Cicero ep. ad Attic. I, 12. Idibus Febr. scripta: *senatus de prouinciis praetorum, et de legationibus et de ceteris rebus decernebat, vt ante, quam rogatio lata esset, ne quid ageretur.* Obstare quidem huic de praetura Q. Ciceronis et Virgilii sententiae videtur, quod Q. Cicero in Asia L. Valerio Flacco successit, qui M. Cicerone consule, h. e. an. 691. praetor fuerat (vid. Orat. pro Flac. 14. et 21.); quemque per triennium Asiam tenuisse

nuisse volunt. Nam Flaccus a D. Laelio de repetundis accusatus est, et a Cicerone defensus anno 695. C. Iulio Caesare et M. Calpurnio Bibulo Coss. vt e cap. 38. orationis pro eo habitae cognoscitur, vbi dicit orator: *oppressus est C. Antonius: esto; habuit quandam ille infamiam suam; neque tamen ille, pro meo iure dico, vobis iudicibus damnatus esset.* C. autem Antonium damnatum iisdem esse consulibus, quum aliunde constat, tum ex eo, quod Cicero ait (pro Domo 16.), se eum eiusdem diei hora sexta defendisse, cuius nona hora Clodius a Fonteio adoptatus esset; quod his consulibus factum esse, notum est. Colligi etiam potest annus illius defensionis ex epist. ad Attic. II, 25. quae eodem anno scripta est, vbi haec legimus: *at hercule alter tuus familiaris Hortulanus, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit, quum de Flacci praetura, et de illo tempore Allobrogum diceret.* Hortensius scilicet cum Cicerone Flaccum defenderat. At enim hoc anno (695) prorogatio imperii in tertium annum Quinto Ciceroni in Asia decreta; vid. epist. ad Q. Frat. I, 1. Quomodo igitur conciliari inter se potest, quod Q. Cicero successit Flacco; Flaccus autem, vt volunt Manutius, Ernestius, alii, Asiam triennium tenuit? Flaccus enim praetor fuit Romae an. 691. et Quinto Ciceroni propraetori in Asia, qui Flacco successit, anno 695. decreta a senatu est prolongatio tertii anni; ergo hic ipse annus ei esse debebat secundus propraetoriae dignitatis; primus autem, annus 694. Quomodo inter an. 691. et 694. tres possunt prae-

praeturae Flacci in Asia anni intercedere: nam annus 692. primus, et annus 693. secundus fuit? Nec dici potest, quod fortasse in mentem cuipiam venerit, ante annum 692. Flaccum in Asiam abiisse: etenim ao. 691. IV. Non. Decemb. iussu Ciceronis Cons. Allobrogum comitatus in ponte Muluio deprehendit; vid. Orat. in Catil. III, 2. Sallust. B. Catil. 45. et locum Cic. ep. ad Attic. II, 25. paulo ante adductum. Ergo duos tantum annos Flaccus in Asia fuit? Quid? quod ne duos quidem? Q. Cicero iam anno 693. in Asiam profectus est; quod apparet ex Marci ep. ad Attic. I, 17. Non. Decemb. Coss. Messala et Pisone data, quum Metellus consul erat designatus. Si igitur Q. Cicero iam vltimis anni 693. mensibus in Asia Flacco successit; Flaccus autem eodem abire ante initium anni 692. non potuit: efficitur profecto, vt L. Flaccus vltra vnum annum in Asia commoratus non sit. Atque hoc ipsum Oratione, quam Cicero pro eo habuit, confirmatur, cap. 40. *Asiaticae iurisdictioni vrbana iurisdictio respondebit;* annui temporis *criminationem omnis aetas L. Flacci et perpetua vita defendet.* Quum igitur doceri non possit, tres annos Flaccum in Asia praeturam gessisse, sed eorum, qui istud defendunt, falsa sit sententia ac plena erroris; hoc manet in certis, Q. Ciceronem praetorem fuisse anno 693. et eodem anno postremis mensibus, non, sicut ex altera ratione sequeretur, an. 695., Flacco in Asia successisse; et, quum Virgilius collega eius fuerit, huius etiam praeturam in an. 693. incidere, hoc est, in eum annum, quo defensus est Archias.

In

In eiusmodi personae, quae, propter otium et studium, minime in iudiciis periculisque tractata est. Fortasse legendum est: *iactata est.* Cic. ad Qu. Fr. III, 5. *forensi labore iactari.* De Orat. I, 38. *Nam volitare in foro, haerere in iure ac praetorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate et iure certetur,* iactare se *in causis centumuiralibus — quum omnino, quid suum, quid alienum — ignoret, insignis impudentiae est.*

Cap. III.

Nam vt primum ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit: primum Antiochiae (nam ibi natus est —) celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. Lege: *primum ei Antiochiae — celeriter antecellere omn. ing. gloria contigit.*

Erat Italia tunc plena Graec. artium ac disciplinarum: studiaque haec cet. Distingue: *Erat — disciplinarum; studiaque haec* cet.

Itaque hunc et Tarentini — donarunt: et omnes cet. Distingue: *Itaque — donarunt; et omnes* cet.

Hac tanta celebritate famae quum esset iam absentibus notus. Ernestius scribit: „vsita-

„vſitatius foret *iam abſens notus.* Nam abſentia illa non Romanis, ſed Archiae conuenit, qui abſens Roma tum erat. An in terminatione aliquid latet?“ Lectio recte ſe habet. Archias nondum habebat Romae domicilium, vt abſens Roma eo, qui Erneſtio placet, ſenſu eſſe poſſet: nam Erneſtius accepit vt noſtrum *abweſend.* Sed eſt abſens idem, quod remotus, ſpatio loci, ac temporis interuallo diſiunctus; quo ſenſu in vtrumque partem adhibetur. Cicero Offic. III, 33. fin. *Quum vero intellexero, te hoc ſcientiae genere gaudere, tum et praeſens tecum propediem (vt ſpero), et, dum aberis, abſens loquar.*

Vt domus, quae huius adoleſcentiae prima fuerit, eadem eſſet familiariſſima ſenectuti. Reizius ſcribebat: *vt domus — prima* patuerit, *eadem eſſet familiariſſima ſenectuti.* Sed hoc ingenioſius, quam verius. Opponitur ſibi inuicem *prima* et *familiariſſima; adoleſcentiae* et *ſenectuti.* Haec oppoſitio tollitur, ſi inſertur *patuerit.* Haud dubie Cicero etiam ſcripſiſſet hoc ordine: *vt, quae prima adoleſcentiae eius domus patuerit, ea familiariſſima eſſet ſenectuti.*

Erat temporibus illis iucundus Q. Metello, illi Numidico, et eius Pio filio. Scribe: *Erat temporibus illis iuc. Q. Metello, illi Numidico, et Pio, eius filio;* vel: *et filio eius, Pio.* Totus locus ſic interpunctione leuandus eſt: *Erat temporibus illis iucundus Q. Metello, illi Numidico, et Pio, eius filio; audiebatur a M. Aemilio;*



viuebat cum Q. Catulo, et patre et filio; a L. Crasso colebatur; Lucullos vero, et Drusum, et Octauios, et Catonem, et totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine quum teneret, afficiebatur summo honore: quod eum cet.

Cap. IV.

Quum esset cum L. Lucullo in ~~Siciliam~~ profectus. Lege: *in Ciliciam profectus.* Vid. supra Sect. III.

Adscribi se in eam ciuitatem voluit: idque, quum ipse per se dignus putaretur, cet. Interpunge totum locum: *Quae quum esset ciuitas aequissimo iure ac foedere: adscribi se in eam ciuitatem voluit; idque, quum ipse per se dignus putaretur,* cet.

Quid enim horum infirmari, Grati, potest? Haud dubie legendum: *Gracche.* Vid. supra sect. IV.

Qui hunc (adscriptum) Heracleensem dicunt. Lambinus corrigebat: *qui hunc adscriptum Heracleae esse dicunt.* Ernestio hoc videtur habere aliquid duri. Putat *adscriptum* esse a glossatore, repetitum e lege: *qui s. c. adscripti essent.* Sic infra cap. seq. *semper se Heracleensem esse voluit.* Vncis itaque *adscriptum* inclusit. Mihi aliter sanandus locus videtur. Delendum est *Heracleensem:* nam glossema est. Ad *adscriptum* repetendum est animo ex praecedentibus *Heracleae;* et totus locus sic adiuuandus interpunctione: *Heracleaene esse tum adscriptum ne-*

gabis? Adest vir summa auctoritate, et religione, et fide, L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed vidisse; non interfuisse, sed egisse dicit; adsunt Heracleenses legati, nobilissimi homines; huius iudicii causa cum mandatis, et cum publico testimonio venerunt; qui hunc adscriptum dicunt. Cur Ernestius pro *L. Lucullus* ediderit, *M. Lucullus*, nihil monito lectore, nescio: nam pleraeque editiones, vel vilissimae, habent, quod habere debent, *L. Lucullus.*

Est ridiculum, ad ea, cet. Hic locus ita distinguendus est: *Est ridiculum, ad ea quae habemus nihil dicere, quaerere, quae habere non possumus; et de hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare; et, quum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii iusiurandum fidemque, ea, quae deprauari nullo modo possunt, repudiare, tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare.*

At domicilium in Italia non habuit is, qui tot annis ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocauit. Recte reposuit Ernestius cum Lambino *in Italia non habuit* pro *Romae non habuit.* Pessime autem hanc periodum pro responsione per interrogationem facta, non pro obiectione, vt Lambino visum, habuit. Locus ita interpungendus. *At domicilium in Italia non habuit. Is, qui tot annis ante ciuitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocauit? At non est professus. Immo*

vero



vero iis tabulis professus, quae solae ex illa professione, collegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Sic habemus duas obiectiones, et duas ad illas responsiones.

Cap. V.

Pessime sunt h. l. Capita distincta. Caput IV. continuandum vsque ad verba: *His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis.*

Etenim quum mediocribus multis, et aut nulla, aut humili aliqua arte praeditis, gratuito ciuitatem in Graecia homines impertiebantur, cet. Passeratius, vt argumentatio procedat, non magnam Graeciam vult intelligi, sed Graeciam propriam. Male. Melius Ernestius scribit: „Argumentatus a toto ad partes, nempe ad eas ciuitates, quae Archiam ciuem suum fecerant. Quum tam faciles essent ciuitates Graeciae magnae omnes in ciuitate tribuenda etiam leuibus hominibus, Rheginos etc. difficiles in Archia fuisse non est credibile.“ Nondum tamen difficultates omnes remotae sunt. Habet semper nescio quid inconcinni oratio in verbis: *quod scenicis artificibus largiri solebant.* Ferri posset, si legeretur: *quod illis largiri solebant*, intell. *mediocribus et aut nulla aut humili arte praeditis.* Mitigatur tamen orationis durities, si *quum* accipitur, sicut debet, pro temporis particula, non causae; respondet nostro *während dass, zu einer Zeit, als;* et si ad verba, *quod scenicis artificibus*, suppletur cogita-

 tione

tione *verbi cauſa*, quaſi ſit: *quod verbi cauſa ſcenicis artificibus largiri ſolebant.* Neſcio, an tanti ſit commemorare, in mentem mihi aliquando veniſſe: *quod ſemiſſis artificibus largiri ſolebant.* Sicut Vatinius in Cic. ep. ad Diu. V, 10. dicit: *non ſemiſſis homo;* et Iuuenalis Sat. V, 76. *hic Dama eſt non treſſis agaſo;* ita putabam Ciceronem dicere potuiſſe *ſemiſſis artifices* pro vilibus, et humilibus, qui opponerentur Archiae ſumma ingenii gloria praedito.

Cenſus noſtros requiris ſcilicet; eſt enim obſcurum cet. Hic locus ita diſtinctione ſuſtentandus. *Cenſus noſtros requiris. Scilicet: eſt enim obſcurum, proximis cenſoribus hunc cum clariſſimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum fuiſſe; ſuperioribus cum eodem quaeſtore fuiſſe in Aſia; primis, Iulio et Craſſo, nullam populi partem eſſe cenſam.*

Sed, quoniam cenſus non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui ſit cenſus, ita ſe iam tum geſſiſſe pro ciue: iis temporibus, quae tu criminaris, ne ipſius quidem iudicio eum in ciuium Romanorum iure eſſe verſatum. Et teſtamentum ſaepe fecit noſtris legibus, et adiit hereditates ciuium Romanorum, et in beneficiis ad aerarium delatus eſt a L. Lucullo praetore et conſule. Erneſtius ſcribit ad hunc locum, quem non intellexiſſe eum, membrorum diſiunctio, qua eum exhibuit, docet: „E *criminaris* intelligendum, dicendo, cum dicis, vel ſimile quid, vnde pendeant ſequentia.

tia. Non male tamen Graeuius corrigit *queis*.“ Importunum illud *queis*, quod Graeuius reposuit, quomodo placere potuerit viris doctis, equidem non magis intelligo, quam, quomodo Ernestius, et alii editores ante eum post *esse versatum* maiorem distinctionem ponere sustinuerint, quum nec sensus absolutus sit, et illud *quoniam* in protasi requirat apodosin. Tolerabilius certe foret, si ita scripsissent: *Sed, quoniam census non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue: iis temporibus, qui tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium Romanorum iure esse versatum? Et testamentum saepe fecit nostris legibus, et adiit hereditates ciuium Romanorum* etc. *Qui tu criminaris* est *quomodo, quo pacto, criminaris* hoc ordine: *quo pacto tu criminaris iis temporibus ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium Romanorum iure esse versatum? Etenim et testamentum saepe fecit*, cet. Fortasse est, cui se commendet haec correctio. Mihi tamen minus etiam probatur, quam alia, quae mihi aliquando in mentem venit, quamque deinde in editione orat. select. ad Gruteri exemplar expressarum occupatam deprehendi: *iis temporibus, quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in ciuium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit* cet. Sed habet dicta editio post *versatum* colon. Male! Causa, cur neutra harum correctionum mihi probetur, est, quod *iis temporibus* desiderat relatiuum cum definitione temporum; alioquin non appareret, quae essent tempora intelli-

intelligenda. Audaciu
gere poſt *ne ipſius q*
quam hoc poſſet retin
criminaris, ne ipſu
in ciuium Romanor
Ita Cicero Off. III, 20
tellum, cuius legatu
et ciuem, quum a
Romam miſſus eſſet,
num criminatus eſt,
Locus, ſi intelligi de
Sed quoniam cenſus
mat, ac tantummo
ſit cenſus, ita ſe ian
iis temporibus, qua
quidem indicio eum
iure eſſe verſatum,
fecit noſtris legibus
ciuium Romanorum
ararium delatur eſt
et conſule. Sic hab
apodoſin. Cenſus in
ſus, ſe geſſiſſe pro
apodoſi commemoran
quae vices cenſus ſup
eum, qui illa edide
Iis temporibus, qua
quae criminando dici
indicio in ciuium Ror
tum. Accuſatiuum a
rationem includant,
niſi parum memores
rentur ad h. l. Erneſti
nari cum infinitiuo

v. c. pro Rofc. Amer. 15. *quod beniuolentia fit, id odio factum criminaris. Iis temporibus* dixit orator, non, *eo tempore*, quia intelligit tria illa diuerfa et feparata temporis fpatia, quibus cenferi debuiffet Archias. Pro *ne ipfius quidem iudicio*, fcribo, *ne ipfius quidem indicio. Iudicium* hic locum non habet: nam iudicium proprium, h. e. verbis expreffum, intelligi nequit; quum incredibile fit, Archiam ipfum in ea verfatum opinione, vt putaret, fe non effe ciuem; nec magis cogitari poteft de iudicio fymbolico, h. e. agendi ratione expreffo, quum de damnatione potius, quam de abfolutione ac conferuatione illud adhiberi foleat, quod h. l. regulae grammaticae refpuunt; dicendum videlicet fuiffet: *quae tu criminaris ipfius iudicio non effe eum in ciuium Romanorum iure verfatum.* Senfus futurus fuiffet: *quae* (h. e. *per quae*) *tu criminaris eum ita fe geffiffe, vt facile poffet perfpici, eum in ciuium numero non effe.* Ita in Orat. in Pifon. 40. *Ad horum omnium iudicia tot ac tanta* domefticum iudicium *acceffit fententiae damnationis tuae: occultus aduentus, furtiuum iter per Italiam, introitus in vrbem defertus ab amicis, nullae ad fenatum e prouincia literae, nulla ex trinis aeftiuis gratulatio, nulla triumphi mentio; non modo quid gefferis, fed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte et feminario triumphorum quum arida folia laureae retuliffes; quum ea abiecta ad portam reliquifti, tum tu ipfe de te* fecisse videri *pronunciafti.*

ciasti. Ex hoc loco i
bere hinc abesse; intra
ipsius quidem indici
ipsum quidem asseri
quo probetur, eum
ciuem. Pro *L. Luci*
vult Graeuius: *L. Li*
sule; quam correct
verissimam. Ego vana
propraetore scripsit.
saepius, qui prouinci
erat, siue pro praeto
ep. ad Div. I, 1. p.
a. ed. Richt. Eodem
Proconsul reperitur;
fuerit antea Consul.
Consul erat cum Q.
(vid. Liu. XXV, 3.)
nia cum eodem an.
tur ex Liu. XXVI, 1.
dio prioris anni co
perium est. Sed Lil
captam Capuam C
cap. dicit M. Attilius
bitror me fuisse con
Sed ceperunt Capua
Fuluius, et App. C
12—16.) quorum a
iam dicitur *Proconsi*
33. Apud Cicer. Off
Attilius Regulus,
Africa ex insidiis
thippo. Sed hoc no
sul esset. sed quum

gatum; quod factum esse, docet Valerius Max. IV, 4, 6. scripsit etiam Liuius, vt ex epitome Lib. XVIII. cognoscitur. Addo tertium exemplum, quia magnam habet cum nostro loco similitudinem. Velleius Paterc. I, 9. *Tum senatus populusque Romanus* L. Aemilium Paulum, qui et praetor et consul triumphauerat, *virum in tantum laudandum, in quantum intelligi virtus potest, consulem creauit.* L. Aemilius Paulus Praetor fuit an. 562. et sortitus est Hispaniam (v. Liu. XXXVI, 2.); factus est a. 563. proconsul (v. Liu. XXXVII, 46.), quo anno rem haud prospere gessit; prolongato deinde imperio an. 564. Lusitanos fundit. Caesa sunt decem et octo millia armatorum; tria millia trecenti capti, et castra expugnata (vid. Liu. XXXVII, 57.). Hoc anno successit ei *propraetor* P. Iunius (v. Liu. l. c.); ipsi supplicationes decretae; vid. Liu. XXXVII, 58. Has supplicationes vocat Velleius Pat. l. laud. *triumphum.* Fuerant autem tum, quum ei bis post praeturam prorogatum erat imperium. Eodem modo se res habet, vbi idem consul triumphasse dicitur. Consul creatus est, quum saepius repulsam tulisset (v. Liu. XXXIX, 32.), anno 571. et iniit Consulatum an. 572. Proconsul triumphauit ex Liguribus Ingaunis an. 573. teste Liuio XXXX, 34. vbi scribit: *Per eosdem dies, quibus hae aedes dedicatae sunt, L. Aemilius Paulus* proconsul *ex Liguribus Ingaunis triumphauit.* Sicut igitur Velleius Paterc. de L. Aem. Paulo dixit, propraetore et proconsule: *qui et praetor et consul triumphauerat;* ita Ciceroni h. l. de L. Lu-

L. Lucullo, propraetore et proconſule pla
*ad aerarium delatus eſt a L. Lucullo p
tore et conſule.*

*Nunquam enim hic neque ſuo, n
amicorum iudicio reuincetur.* Lege. *n
ſuo neque amicorum* indicio *reuincetur.*

Cap. VI.

*Vt ab nullius vnquam me tempore
commodo, aut otium meum abſtrax
aut voluptas auocarit* cet. Lege: *vt ab
lius vnquam me tempore aut commo
aut otium meum abſtraxerit, aut volu
auocarit, aut denique ſomnus retard*
Quod Erneſtius ſcribit, Graeuium, qui *c
modum* reuocauit, reprehendens, ſingulis
ſtantiuis in nominatiuo poſitis addita ſua
verba, *otium abſtraxerit, voluptas au
rit* cet. quare, ſi Cicero dixiſſet, *aut c
modum*, haud dubie etiam verbum additu
fuiſſet; id ſpecioſius dictum eſt, quam gra
Verbum *abſtraxerit* pertinet ad vtrumque
commodum et *otium;* haec duo ſubſtan
quaſi in vnum coaleſcunt pronomine *me*
et ſic plus vnum verbum non deſiderant.

*Ex his ſtudiis haec quoque cenſetur
tio et facultas.* Erneſtius ſcribit: „*Oratic
facultas* eſt pro facultas orationis. In ho
ſtudiorum parte eſt eloquentia.“ Si hoc
rum eſſet, praeferendum eſſet *creſcit* pro
ſetur, quod pleraeque editiones habent.

eſt *cenſere ex his ſtudiis* idem, quod *ab his ſtudiis aeſtimare*, h. e. praeſtantiam facultatis dicendi, quae in Cicerone erat, ex humanitatis ſtudiis repetere. Nec enim in vniuerſum intelligit eloquentiam, ſed *ſuam* facultatem orationis, quum dicat: *haec oratio et facultas.* Ita cap. 1. *Quodſi haec vox, huius hortatu praeceptisque conformata, nonnullis aliquando ſaluti fuit.*

Quae quantacunque in me, nunquam amicorum periculis defuit. Erneſtius excidiſſe putat *eſt* vel ante *in me*, vel poſt. Non ſolet ſane Cicero *eſt* omittere. Ita de Orat. I, 30. *ſed de hac mea, quantulacunque eſt, facultate quaeritis.* At alii boni ſcriptores omittunt. Liuius XXX, 10. *quod inter adſiduas clades et lacrimas vnum quantumcunque ex inſperato gaudium adfulſerat.* XXXII, 5. *Ibi ceteri quidem, data quantacunque quiete temporis, ſimul animos corporaque remiſerant.* Itaque non vereor, ne quid h. l. mutandum ſit; praeſertim, quum *qualiscunque,* quod Cicero ſemper eodem modo verbo *eſt* interponit, ſemel cum nomine connexum deprehendam, ep. ad Diuerſ. IV, 8. *Sin qualemcunque locum* (ſequimur), *quae eſt domeſtica ſede* (ſedes?) *iucundior?* Interim malim noſtrum locum ſic diſtinctum legere: *quae, quantacunque in me, nunquam amicorum periculis defuit.* In aliis editionibus illud *eſt* adiectum eſt; vnde habeant neſcio.

Quae

Quae si cui leuior videtur: cet. Illud *quae* quod in Ernestiana ed. minuscula litera scriptum, maiuscula scribendum est; refertur enim ad remotius *haec oratio et facultas*. Sensus est: *si quis rem leuem putat, dicere posse de rebus comte et ornate, voce suaui atque iucunda, oratione tersa atque elegante, ei sciendum est ex iisdem humanitatis studiis etiam alia posse acquiri, quibus et homo bonus, et ciuis bonus censendus est.*

Cap. VII.

Atque idem ego contendo, quum ad naturam eximiam cet. Melius esset, si pro *atque* legeretur, *atqui* vel *at*. Ita Or. in Catil. III, 2. *Atque ego, vt vidi, quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse, et Romae remansisse.* Vbi Graeuius in Mss. reperit *At;* quod probat Ernestius. Per compendium scribendi vtriusque particulae facilis fuit permutatio.

Nam ceterae neque temporum sunt, neque aetatum omnium. Ne cui in mentem veniat scribere, *Nam cetera*, vt ad studia referatur. Ad *ceterae* ex praecedentibus intelligendae *animi aduersiones*, quae idem sunt. quod studia. Hinc etiam apparet, verissimum esse, quod praecedit *animi aduersionem*, et reiiciendum esse, quod nonnullis blanditur, *animi remissionem.*

Haec

Haec ſtudia adoleſcentiam agunt. Haec ſtudia, ſcil. ſtudia humanitatis, opponuntur *ceteris animi aduerſionibus*, h. e. ceteris ſtudiis. *agunt* habent omnes Mſſ. et edd. principes. P. Victorius, teſte Erneſtio, primus edidit *alunt*. Erneſtius, qui in nota dicit, vulgo *agunt* non bene explicari, in Claue Cic. explicat: *ſubigunt, acuunt ingenium adoleſcentium; quod et* alere *dicitur; vnde eodem ſenſu legitur in edd. nonnullis alunt.* Num haec melior ſit explicatio, alii diiudicent. Si *alere* eodem ſenſu dicitur, quidni *alunt* ſcribitur, quod facilius eſt. Dubito autem, *agere* adhibitum alicubi eſſe pro *acuere, ſubigere. Agere adoleſcentiam* eſt *in actione ponere, occupare, ad agendum excitare, exercere (beſchäftigen);* haec adoleſcentiae occupatio opponitur oblectationi ſenectutis, ſicut ornamento rerum ſecundarum perfugium et ſolatium in aduerſis opponitur. Saepius hoc ſenſu occurrit *agitare.* Liuius XXII, 13. *conſtantiam haud dum expertus*, agitare *ac* tentare animum *mouendo crebro caſtra, populandoque in oculis eius agros ſociorum coepit.* Illuſtrat noſtrum locum Seneca ep. 108. p. m. 765. *quia iuuenes poſſumus diſcere, poſſumus facilem animum, et adhuc tractabilem, ad meliora conuertere; quia hoc tempus idoneum eſt laboribus,* idoneum agitandis per ſtudia ingeniis, *et exercendis per opera corporibus.*

Cap.

Cap. VIII.

Ergo ille corporis motu tantum an rem ſibi conciliarat a nobis omnibus: n animorum incredibiles motus celeritate que ingeniorum negligemus? Non male v Erneſtius pro *nos* ſcribi: *hos animorum inc dibiles motus* cet. Non ſolum conforma voluerunt librarii hoc ſuperiori *ille corpo motu* cet. vt Erneſtius monet, ſed impelli p tuerunt iis orationis conuerſionibus, quae pa lo poſt occurrunt: *nos inſtituti rebus optin non poetarum voce moueamur?* et: *n hunc viuum, qui et voluntate et legib noſter eſt, repudiabimus?* Mallem tamen ſc bere: *num animorum incredibiles motus c leritatemque ingeniorum negligemus?* Na *hos* non habet, ad quod commode referatu et, ſi quis putet ad ſequentia, quae de Arch dicuntur, trahi oportere, id propter plura tatem in verbis *animorum incredibiles m tus* non poteſt fieri; eſſe deberet, *animi i credibilem motum*, vel certe, *animi incr dibiles motus.*

Atqui ſic a ſummis hominibus eruditi ſimisque accepimus cet. Lege: *atque ſic ſ. h. eruditiſſimisque accepimus.*

Cap. IX.

Ergo illi alienum, quia poeta fui poſt mortem etiam expetunt; nos hunc v vum, qui et voluntate et legibus noſter eſ

rep

repudiabimus? Scribe: *repudiamus*, quod Graeuius e Mff. et edd. ll. Med. repofuit. Ernestius quidem non fenfit τὸ ἐμφατικώτερον; at fentiet, qui ad verba, quae praecedunt; *poft mortem etiam expetunt*, attenderit.

Carus fuit Africano fuperiori nofter Ennius. itaque etiam in fepulchro Scipionum putatur is effe conftitutus e marmore. At iis laudibus certe non folum ipfi, qui laudantur, fed etiam populi Romani nomen ornatur. Non Manutius fuit, qui ex vitiofa codicum lectione, *e marmoratis laudibus* refingeret: *e marmore. at iis laudibus*, vt dicit Erneftius, fed, vt Manutius in Commentario ad h. l. ipfe monet, Honoratus Fascitelius, puero adhuc Manutio. Sanatus quidem locus, fed non perfanatus. Erneftius fcribit: „Ceterum non fruftra, vt opinor, fufpicatus eft Guilielmus, hic aliquid excidiffe. Nam in his *Carus fuit* — — *e marmore*, nihil eft, cui refpondeant fequentia: *at iis laudibus*; nam de iis nil eft in iftis. Eo etiam ad ea, quae exciderunt, referendum illud, *qui haec fecerat*: nam ea hic non memorata funt.“ Ne fuper t amplius fufpicio, hic aliquid excidiffe: fcribe: *itaque etiam in fepulchro Scipionum putatur is effe conftitutus e marmore. At* eius *laudibus certe non folum ipfi, qui laudantur, fed etiam populi Romani nomen ornatur.* Confufio verborum *eius* et *eis* et *iis* facilis ex compendio fcripturae fuit. Verba, *qui haec fecerat*, quae quo referri debeant, non videt Erneftius, nunc

plana

plana ſunt; inte
Ennius praedic
Maximorum, M
cere âp. Latinc
poeta abſolute

Itaque,
chias legibus r
ratore ciuitat
potuit. Ne qu
dumque exiſtin
ſciendum eſt, I
qui Graecam c
rita conditione
adhibere, pra
praeteritum, ac
7. *Poterat vi*
fides, ſi grau
bus. De Orat.
cum vitae flor
diuino conſilio
arbitror. nam
conſtantiaque
fuit *neceſſitas,*
atrocitate mor
te funerum pat
que ſolum tibi
etiam propter
bonorum victor
tur in noſtro lo
catiuum tempus
maiorem vim ha



cta sunt. Ernestius ea de causa in hoc tempore offendit, quod illud pro praesente perfecto habuit; quod si esset, omnino esset scribendum *potuisset.*

Cap. XI.

Ipsi illi philosophi, etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. Ernestius notat: „Forte melius *etiam iis libellis;* certe hoc accuratius est et suauius, quum *illi* mox praecesserit." Mirum; quasi non praecipua aliqua vis sit in eiusmodi repetitionibus. Cap. 1. *Quodsi haec vox, huius hortatu praeceptisque conformata.* Cap. 2. *vt in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic rei.* Ceterum legendum: *Ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis* cet. Cic. Tuscul. I, 15. *Quid nostri philosophi? nonne in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt?*

Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes et dies animum gloriae stimulis concidat, atque admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. Lege cum Lambino et Manutio: *non cum vitae tempore esse dimetiendam commemorationem nominis nostri.* Cicero Tuscul. I, 15. *Quid in hac rep. tot tantosque viros, ob rempubl. inter-*

terfectos, cogitasse arbitramur? iisdemne vt finibus nomen suum, quibus vita, terminaretur? Cato Mai. 23. *An censes, me tantos labores diurnos nocturnosque, domi militiaeque susceptu-um fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus.*

Cap. XII.

An vero tam parui animi videamur esse omnes, qui in republica, atque in his vitae periculis laboribusque versamur, vt, quum vsque ad extremum spatium, nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? Ernestius scribit: „Saepe inclinaui ad corrigendum *videmur esse*, i. e. sumus. Mox series sententiae videtur requirere, *nobiscum simul omnia mori velimus.* Is esset vere paruus animus, qui nullum gloriae sensum haberet. Philosophi contra non secum omnia sua mori, sed nomen suum et famam conseruari volunt.“ Prodidit Ernestius, se vim loci non perspexisse. Lectio eius sana est, ac ne iota quidem mutari debet. *An tam parui animi videamur esse* significat, *an placet nobis animo esse tam paucis contento;* verba deinde *vt, quum vsq. ad extr. spat.* cet. hoc ordine sunt struenda: *vt arbitremur, omnia nobiscum simul moritura esse, quum vsque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus.* Multum interest, vtrum *arbitremur* post positionem illam: *quum*

um vsque ad extr. sp. null. tranq. atq. os. spiritum duxerimus, an ante eam co-ētur. Sensus nunc exiſtit clarus et diluci-s: *an tam paruo animo et tam paucis ntento esse nobis placet, vt in ea acquies-nur opinione, nos, qui omnia pertuleri-s, labores, molestias, pericula, qui ad tremum vitae spatium nullum tranquillum que otiosum spiritum duxerimus, nihil nere praemii, quam mortem, et omni-, quae praeclare gesserimus, perpetuam liuionem?*

An, quum statuas et imagines, non imorum simulacra, sed corporum, stu-se multi summi homines reliquerint, con-orum relinquere ac virtutum nostrarum igiem non multo malle debemus, sum-s ingeniis expressam et politam? Pro *non ulto malle* ed. pr. et Mſſ. *nonne multo ulle*. Sed quum iam praecedat *an*, into-abile viſum *nonne* Erneſtio et aliis ante m, qui repoſuerunt: *non multo malle*. o vero *nonne* a Cicerone eſſe arbitror; ne :em turbet orationem, *An* ab initio mutan-m videtur in *Ac*.

Hominem pudore eo, quem amicorum letis comprobari tum dignitate, tum am vetustate. Recte recipit Erneſtius *ve-tate*, quod libri quidam habent, et quod Scaliger et Muretus defenderunt, pro gata lectione ſatis inepta, *venustate*. Mi-tamen virum doctiſſimum in hac lectione

peuple, par toutes les raisons puissantes qui doivent en effet l'élever et le soutenir au plus haut dégré d'ardeur et de fermeté : mais ils lui feront sentir que la véritable indignation n'est point tumultueuse; que la véritable force est celle qui, soumise à une organisation quelconque, ne cesse jamais de prendre pour guides l'union, l'ordre et les loix : qu'il s'agit sur-tout dans le grand effort qui doit sauver l'empire, d'avoir un but fixe, des principes de conduite et une direction déterminée.

VIII. Ils s'attacheront sur-tout à ne servir la plus belle des causes que par des moyens constamment dignes d'elle ; ils mettront en conséquence le plus grand soin à s'annoncer par des manières simples, graves et austères (1), par une conduite pure, régulière, irréprochable.

---

(1) C'est dans cette vue, et pour déterminer de plus en plus les commissaires à se renfermer dans le véritable but de ces missions purement apostoliques et aucunement administratives, que le ministre de l'intérieur en nommant chacun des commissaires qu'il emploie, leur recommande particulièrement d'éviter toute ostentation et tout luxe ; de faire route à pied, de s'entretenir fraternellement des grands intérêts de la patrie, sur les routes, dans les ateliers, dans les campagnes, avec les citoyens peu instruits et peu aisés; de ne pas laisser écouler un seul instant dans leur marche, dans leur repos, pendant leurs repas, sans chercher à le rendre utile à la chose publique, par des instruc-

tions locales, qui p...
à affoibl r l'union la p...
toutes les parties de l'...
pelleront vivement et
occasions, le danger
le besoin pressant de
efforts, toutes les vol...
intérêts à celui de la
mune.

X. Ils engageront
les citoyens à second...
pouvoir, les mesures
nérale que le gouvern...
le cas d'ordonner ; ils
exemple, de proche ...
diverses communes, à
leurs détachemens de
dix lieues, sur les rou...
des départemens men...
nière à former d'un p...
des chaînes de postes
relever successivement
mutuellement de réser...

XI. Ils engageront
transformer en armes
tières métalliques dont
se passer, telles que leu...
cettes, chenêts, marm...
ustensiles. Ils les press...
lièrement dans les dép...

---

tions sages, par des ac...
ou vertueuses, par tou...
convaincre le peuple q...
plus énergiques et le...
de la liberté et d...
même-temps et
saire, les pl...
l'ordre et d...
serviteurs
morale

